BIBLIOTECA
78 COMPLUTENSE. 4
E. 11. C. 3. N. 6.

# Jacobi Fabri Stapulenſis Artificiales nõnulle introductiones per Judocum Clichthoueum in vnum diligenter collecte.

## Ars ſuppoſitionum.

Suppoſitio
- Materialis
- Perſonalis

Perſonalis
- Abſoluta
- Reſpectiua

Abſoluta
- Propria
- Impropria

Propria
- Naturalis
- Accidentalis

Accidentalis
- Cõmunis
- Diſcreta

Communis
- Determinata
- Confuſa

Confuſa
- Confuſa tantum
- Confuſa diſtributiua

Confuſa diſtributiua
- Pro ſingulis generum
- Pro generibus ſingulorum

Suppoſitio eſt acceptio termini in ꝓpoſitione pro aliquo vel aliquibus: de quo vel de quibus huiuſmodi terminus verificatur mediante copula ſue propoſitionis.

Verificari eſt vere et affirmatiue predicari.

Suppoſitio materialis eſt ſuppoſitio termini pro ſuo ſignificato non vltimato: vt pro voce ſcriptura/vel conceptu.

Significatum non vltimatum eſt vox/ſcriptura vel conceptus: quem non ex impoſitione aut naturaliter ꝓprie: ſignificat terminus.

Suppoſitio perſonalis eſt ſuppoſitio termini pro ſuo ſignificato vltimato.

Significatum vltimatum eſt quod ex impoſitione aut naturaliter proprie ſignificat terminus.

Suppoſitio abſoluta eſt ſuppoſitio termini non relatiui grãmaticaliter.

Suppoſitio reſpectiua eſt ſuppoſitio relatiui grammaticalis.

Relatiua grãmaticalia ſũt: qui/que/qđ/ille/ipſe/is/idẽ/ſuꝰ ⁊ ſui.

Suppoſitio ꝓpria eſt ſuppoſitio t̃mini nõ metaphorice accepti.

Suppoſitio ĩpropria eſt ſuppoſitio termini metaphorice accepti

Suppoſitio naturalis eſt ſuppoſitio termini in propoſitione: cuius copula abſoluitur a tempore.

Suppoſitio accidentalis eſt ſuppoſitio termini ſecundũ exigentiam copule tempus importantis.

S

Suppoſitio cõmunis eſt ſuppoſitio termini cõmunis.
Suppoſitio diſcreta eſt ſuppoſitio termini diſcreti.
Suppoſitio determinata eſt ſuppoſitio termini cõmunis pro ſuis ſignificatis diſiunctiue.
Suppoſitio confuſa eſt ſuppoſitio termini cõmunis pro ſuis ſignificatis copulatiue vel diſiunctim.
Suppoſitio confuſa tantum eſt ſuppoſitio termini cõmunis ꝓ ſuis ſignificatis diſiunctim.
Suppoſitio confuſa diſtributiua eſt ſuppoſitio termini cõmunis pro ſuis ſignificatis copulatiue.
Suppoſitio cõfuſa diſtributiua pro ſingulis generum eſt ſuppoſitio termini cõmunis per ſua indiuidua copulatiue.
Suppoſitio cõfuſa diſtributiua pro generibus ſingulorum eſt ſuppoſitio termini cõis ſolum per ſuas ſpecies copulatiue.
Solum genera ſupponunt pro generibus ſingulorum.
Diſtributiua pro generibus ſingulorum ſunt hec qualelibet/ quotlibet/quotuſlibet/quantuſlibet et ſimilia.
Cetera diſtribuentia in locutionibus cõmunibus diſtribuũt ꝓ ſingulis generum.

Regule.

Termini in propoſitionibus ad ſcientiam pertinentibus habent ſuppoſitionem naturalem. 1
Terminus ſingularis ſingulariter tentus ſupponens: ſemꝑ ſupponit diſcrete. 2
Terminus cõmunis ſupponens: ſemper ſupponit determinate quando ei non preponitur ſignũ confuſiuum. 3
Signa confuſiua ſunt ſigna vniuerſalia/ipſa includentia/ aut eis equiualentia.
Virtus ſignorũ et negationũ quãdo ſunt partes ſubiecti aut predicati: non cadit extra ſubiectũ aut predicatum. 4
Signa vniuerſalia et particularia et negationes quãdo ponũtur ante copulam nõ ſunt partes ſubiecti aut predicati niſi includãtur inter ꝑtes ſubiecti aut predicati determinabili precedente ſuam determinationem. 5
Duo diſtribuentia ſuper eundem terminũ cadentia: ſe mutuo impediunt. 6
Negatio negans diſtribuit omnes terminos cõmunes ſequẽtes ſe quos non inuenit diſtributos. 7

I

8 Negatio infinitans diſtribuit ſolū terminū cōem quē infinitat.

9 Signum vniuerſale affirmatiuum diſtribuit terminū cōmunē cuius eſt adiectiuum: et omnes alios terminos communes ſequentes ſe confundit confuſe tantum.

10 Quando eſt aggregatum ex recto et obliquo: qui eſt eius determinatio: et illi toti aggregato preponitur ſignū vniuerſale affirmatiuū eiuſdē caſus cū recto: tunc diſtribuit totum aggregatū ſimul: et ſi ſit eiuſdem caſus cum obliquo: diſtribuit ſolum obliquum.

11 Importātia comparationem/alietatem/diuerſitatem/priuationem/aut quamcunqꝫ negationem: diſtribuunt ſuos terminos cōmunes ſequentes ſe.

Sui termini ſunt qui conſtruuntur de propria eorum natura cum ipſis a parte poſt.

12 Toti extremo debetur tota ſuppoſitio.

13 Si propoſitio antecedētis eſt falſa: eius relatiuū nō ſupponit.

14 Relatiuū accipit ſuam ſignificationē et ſuppoſitionem a ſuo antecedēte: ideo ſupponit ſicut ſuū antecedēs/ et ſolum pro iis pro quibus redditur propoſitio ſui antecedentis vera.

## De ampliatione

AMpliatio eſt ſuppoſitio termini pro aliquo vel aliquibꝰ reſpectu diuerſorum temporum.

### Regule

A e i o

Preſens/preteritum/futurū/poſſibile/contingens īpoſſibile/neceſſe/bile/iuū/actus interior anime/prius/et poſterius.

1 Subiectum propoſitionis ſupponens reſpectu copule preſentis temporis tenetur pro preſentibus ſolum.

2 Subiectum propoſitionis ſupponens reſpectu copule preteriti temporis aut predicati participij preteriti tēporis: ampliatur ad ea que ſunt vel fuerunt.

3 Subiectū propōis ſupponens reſpectu copule futuri tp̄is aut predicati ꝑticipij futuri tp̄is āpliaſ ad ea que ſūt vel erunt.

4 Predicatum ſupponens poſt copulā ſemper ſupponit ſecūdū exigentiam copule.

5 Subiectū et predicatū ſupponens reſpectu copule de poſſibili cōtigēti/īpoſſibili aut neceſſario: āpliaſ ad ea q̄ ſūt/fuerūt/erūt vel poſſunt eſſe. Quecūqꝫ dicunſ de p̄dicato materiali

S

intelliguntur / ⁊ de predicato formali. Predicatum formale / copula.

Subiectum respectu predicati nominis verbalis in bile aut in iuū ampliatur ad ea que ſunt / fuerūt / erūt / vel poſſunt eſſe. 6

Verba actum interiorem anime importātia āpliant ſuos terminos ad ea que ſunt / fuerunt / erunt / vel poſſunt eſſe. 7

Verba actum interiorem anime importantia ſunt hec: intelligo / ſcio / cognoſco / conſidero / contemplor et ſimilia.

Sui termini ſunt qui ab ipſis reguntur in re patiente.

Prius ampliat terminū precedentē ad ea que ſunt vel fuerūt et terminū ſequētē ad ea que ſūt vel erūt. et poſteri9 ecōtra ampliat. Et hoc de priori aut poſteriori tēpore intelligit. 8

Implicatio poteſt omnem terminū ampliatum impedire pariter et explicare. 9

Implicationes ſunt quod eſt / quod fuit / quod erit. ⁊ ſimilia.

De reſtrictione.

Terminus ſupponens qui non ampliatur reſtringitur.

Determinatio reſtringit ſuum determinabile et verbū reſtrictum ſua extrema.

De appellatione

Terminum appellare eſt ipſum aliquid vltra id pro quo ſupponit importare.

Regule.

Terminus appellatiuus ſupponēs eodem modo quo ſupponit appellat. 1

Dictiones importantes actum interiorem anime faciūt ſuos terminos ſequentes ſe ſuā propriā rationē appellare. 2

Propria ratio eſt proprius conceptus mediante quo dicitur terminus ſignificare.

Termini propoſitionū exponibilium eodem modo ſupponūt / ampliantur / reſtringūtur: aut appellant quomodo et in ſuis exponentibus. 3

Tanta ſcies. preter cameras / vigilabis et inquam.

Fortior immanes. ignauos differ. in oris.

In exponibilibus iter eſt per exempla: per precepta vero lōgum atq; inefficax.

Ex his precedētia et ſequentiū multa ad latinā ſi placet locutionē reduces: vocabuloꝝ / dictionūq; acceptōes: ꝓ re ipſa / ꝓ voce / ſcripto / notione / relatiue / nō relatiue / ꝓprie / trāſlaticie / doctrinales / vulgares atq; accidentarie / cōes ſingu-

lares vniuerſaliter/particulariter/diuiſim/iunctim/ſecūdum
ſpeciē/ſecūdum indiuidua/latius/preſſius et ſimilia id genus
quibus vterentur autores.

## Ars predicabilium.

- Predicatio
  - Eſſentialis
  - Accidentalis
- Eſſentialis
  - Propria
  - Impropria
- Propria
  - In quid
  - In quale
- In quid
  - Generis
  - Speciei
- In quale
  - Differentie
- Generis
  - Generaliſſimi
  - Subalterni
- Speciei
  - Specialiſſime
  - Subalterne
- Differentie
  - Speciei ſubalterne
  - Speciei ſpecialiſſime
  - Conſtitutiue
  - Diuiſiue
- Accidentalis
  - Proprij
  - Accidentis
- Proprij
  - Specialiſſimi
  - Subalterni
  - Generaliſſimi
  - Tranſcendentis
- Accidentis
  - Separabilis
  - Inſeparabilis

PRedicatio eſt alicuius de aliquo verificatio. Predicatio
nis tria ſunt queſitiua. Que/Qualis/ꝛ Cuius. Que q̄rit
an p̄dicatio eſſentialis ſit an accidētalis. Qualis: ꝓpria an im=
propria. Cuius vͦ an generis/ſpēi/dr̄e/ꝓprij aut accidētis.

Predicatio eſſentialis eſt predicatio cuius neutrum extremoꝝ
denotat aliquid extrinſece ſupra reliquum.

Extrema: ſubiectum/predicatum.

Predicatio accidentalis eſt predicatio cuius aliquod extremoꝝ
non nichil denotat extrinſece ſupra reliquum.

Denotare/cognotare/appellare.

Predicatio propria eſt alicuius predicabilis de ſuo ſubiicibili p̄=
dicatio. que et dicitur predicatio in qua ſuperius de inferiori
aut cognotatiuū de abſoluto: aut magis cognotatiuum de mi=
nus cognotatiuo predicatur.

Predicatio propria/predicatio directa/predicatio ordinata.

P

Predicatio improp͞ria eſt predicatio que nō eſt alicuius predica= bilis de ſuo ſubiicibili: et eadē dicit̄ predicatio in qua non ſupe rius de īferiori nec cognotatiuū de abſoluto nec magis cogno= tatiuū de minus cognotatiuo predicatur.

Predicatio īpropria/ predicatio indirecta/ predicatio īordinata.

Id predicatur in quid quod conuenienter reſpondetur ad que= ſitiuum quid.

Quid hoc in loco queſitiuum predicabilis et non diffinitionis eſt.

Id in quale: quod conuenienter reſpondetur ad queſitiuū quale predicatum eſſentiale querens.

Genus eſt predicabile de pluribus differentibus ſpecie in quid.

Differentia ſpecie ſunt ſpecies non ſynonyme ad quas et diuer= ſarum ſpecierum indiuidua reducuntur.

Genus generaliſſimū eſt genus ſupra quod nullum eſt aliud ſu= perueniens genus.

Genus ſubalternum eſt genus quod poteſt eſſe ſpecies.

Species eſt predicabile quod ponitur ſub genere. Id ponitur ſub genere de quo genus in quid predicatur.

Species ſpecialiſſima eſt ſpecies que non poteſt eſſe genus.

Species ſubalterna eſt ſpecies que poteſt eſſe genus.

Differentia eſt predicabile de pluribus eſſentialiter in quale.

Differentia ſpeciei ſubalterne eſt differētia que cum ſpecie ſub= alterna conuertitur.

Differentia ſpeciei ſpecialiſſime eſt que cum ſpecie ſpecialiſſima conuertitur.

Differentia conſtitutiua eſt differentia que diffinit ſpeciem.

Differentia diuiſiua eſt differentia que cum alia diuidit genus.

Propriū eſt predicabile quod conuenit omni/ſoli/ſemper: et con= uerſim predicatur de re/et non indicat quid eſt eſſe rei.

Specialiſſimū/ſubalternū/generaliſſimū/tranſcendens.

Modi hoc eſt ſignificationes proprij ſunt quattuor.

Primo modo dicitur proprium: quod cōuenit ſoli ſed non omni.

Secundo modo: omni et non ſoli.

Tertio modo: omni/ſoli/et non ſemper.

Quarto modo: omni/ſoli/et ſemper.

Accidēs eſt predicabile quod adeſt et abeſt ſubiecto preter ſub= iecti corruptionem.

Accidens/accidens ſeparabile.

Adeſſe eſt accidentaliter vere et affirmatiue predicari.
Abeſſe eſt accidentaliter de ſubiecto vere negari.
Preter ſubiecti corruptionem: abſqꝫ hoc ꝙ ſubiectum deſinat, ꝓ eodem accipi.
Accidens eſt predicabile accidentaliter non conuerſim.
Accidens ſeparabile eſt accidens quod de ſubiecto vere negat.
Inſeparabile eſt quod de ſubiecto negari non poteſt.
Subiectū accidētis: eſt terminus abſolutus aut ad ipſum minus cognotatiuus: de quo ipſum accidentaliter non cōuerſim predicatur.
Predicatio generis eſt quando predicatur genus de ſuis inferioribus. Speciei quando ſpecies. Differentie quando differentia. Proprij quando proprium. Accidentis quando accidens
Omnis predicatio alicuius predicabilis eſt propria.

Ars diuiſionum

Diuiſio
  Realis
  Logicalis
Logicalis
  Uniuoci
  Equiuoci
Uniuoci
  Generis in ſuas drās
  Ge. in ſuas ſpecies
  Speciei in ſua indiuidua
  Totius in modo in ſuas partes
  Subiecti in accidentia
  Accidentis in ſubiecta
  Accidentis in accidentia
Equiuoci
  A caſu
  A conſilio

Diuiſio eſt vnius rei in plures partes partitio.
Diuiſio realis eſt diuiſio vnius rei in ſuas conſtitutiuas partes.
Conſtitutiue partes ſunt que rei conſtituunt eſſentiam.
Diuiſio logicalis eſt termini cōmunioris in terminos minus communes partitio.
Diuiſio vniuoci in ſua vniuocata eſt diuiſio: cuius diuiſum eſt vniuocū et mēbra diuidentia ſunt ſua vniuocata. Sua vniuocata ſunt de quibus diuiſum verificatur vniuoce.
Diuiſio equiuoci in ſua equiuocata eſt cuius diuiſum equiuocum eſt: et membra diuidētia ſunt ſua equiuocata. Sua equiuocata ſunt de quibus diuiſum verificatur equiuoce.
Equiuoce/diuerſis ſignificationibus.

Diuiſio generis in ſuas differentias eſt diuiſio: cuius diuiſum eſt genus et membra diuidentia ſunt ſue differentie. Ut animaliũ aliud rationale aliud irrationale.

Diuiſio generis in ſuas ſpecies eſt diuiſio: cuius diuiſum eſt genus et membra diuidentia ſunt ſue ſpecies. Ut animaliũ aliud homo aliud brutum.

Diuiſio ſpeciei in ſua indiuidua eſt diuiſio: cuius diuiſum eſt ſpecies: et membra diuidẽtia ſunt eius indiuidua id eſt ſingularia. et hec a diſciplinis eſt reiecta.

Diuiſio totius in modo in ſuas partes eſt diuiſio: cuius diuiſum eſt totũ in modo et mẽbra diuidentia ſunt ſue partes.

Totum in modo vocatur terminus ſumptus ſine aliqua determinatione in comparatione ad ipſum ſumptum cũ determinatõe nõ diminuẽte. Pars in mõ vocat᷑ talis termin⁹ ſumptus cũ determinatione non diminuente in comparatione ad ſe ipſum ſumptum ſine illa determinatione. Ut homo eſt totum in modo/ et homo albus/ homo/ niger/ homo medio colore coloratus ſunt ſue partes in modo.

Et eſt determinatio non diminuens: quãdo nomen totius de nomine partis vniuerſaliter verificatur.

Diuiſio ſubiecti in accidentia eſt diuiſio: cuius diuiſum eſt ſubiectum et membra diuidentia ſunt eius accidentia. Subiectum vocatur terminus abſolutus: vel minus cognotatiuus: in comparatione ad cognotatiuum vel magis cognotatiuum. vt animalium aliud ſanum aliud egrum: animal eſt ſubiectũ: ſanum et egrum ſunt ſua accidentia.

Diuiſio accidentis in ſubiecta eſt diuiſio: cuius diuiſum eſt accidens et membra diuidẽtia ſunt ſua ſubiecta. vt ſanorum aliud brutum aliud homo.

Diuiſio accidentis in accidentia eſt diuiſio cuius diuiſum eſt accidens et membra diuidentia ſunt ſua accidentia. vt alborũ aliud dulce aliud amarum aliud medio modo ſapidum.

Diuiſio equiuoci a caſu in ſua equiuocata: eſt diuiſio equiuoci in ſua equiuocata eque primo et principaliter importata. vt canũ alius eſt domeſticus alius marinus et alius celeſtis.

Diuiſio equiuoci a conſilio in ſua equiuocata: eſt diuiſio equiuoci in ſua equiuocata: vbi vnum principaliter importatur et aliud

ſecundario et ſimilitudinarie: vt hominum alius viuus aliꝰ pictus.

Equiuocum a conſilio/equiuocum analogum.

Regule

1 Diuiſum intelligitur in membris diuidentibus et ipſo addito ad mēbra diuidentia perficiuntur: ſi ſint imperfecta.

Diuiſum eſt diuiſionis terminus communior.

Membra diuidentia: ſunt diuiſionis minus cōmunia.

2 Quando diuidentia diffiniuntur ſemper diuiſum intelligitur aut genus aut pro genere diffiniti: quod ſi non exprimitur quisquid ponitur pro genere diffiniti: per ipſum intelligitur diuiſum.

3 In diuiſionibus per ſimplicia intelligūtur et compoſita.

4 Ut plurimū in diuiſionibus apud autores ſubticetur diuiſum in diuidentibus/et in diffinitionibus genus diffiniti.

5 Diuiſio ſuccincta/breuis/atqꝫ venuſta eſſe debet pariter ꝛ diffinitio.

6 Uocabula in diffinitionibus indifferenter ſecundum numerū intelliguntur.

7 Et verba non actum ſed aptitudinem important.

8 Diuiſiones et diffinitiones pertinent ad principia.

9 Summopere in diſciplinis diuiſionum et diffinitionum recta expetitur intelligentia.

10 Diuiſiones et diffinitiones paſſim ſecundum materiam ſubiectam ſunt intelligende.

11 Queſtiones ad autorum probatas diuiſiones atqꝫ diffinitõēs an bone ſint et ad alia principia ridicule ſunt: ꝛ cū vbiqꝫ tum maxime extra logicam vileſcunt.

## Ars predicamentorum.

Categorie
- Antepredicamentum
- Predicamentum
- Poſtpredicamentum

Antepredicamentum
- Diffinitio equiuocorum
- Uniuocorum
- Denominatiuorum
- Prima diuiſio
- Secunda diuiſio
- Prima regula
- Secunda regula

P D

- Predicamentum
  - Subſtantia 6
  - Quantitas 3
  - Adaliquid 4
  - Qualitas 3
  - Actio 2
  - Paſſio 2
  - Quando
  - Ubi
  - Situs
  - Habitus
- Poſt predicamentũ
  - Oppoſitio
  - Prius
  - Simul
  - Motus
  - Habere
- Oppoſitio
  - Relatiue oppoſita
  - Priuatiue oppoſita
  - Contrarie oppoſita
  - Contradictorie oppo.
- Contrarie oppoſita
  - Immediata
  - Mediata
- Mediata
  - Medij nominati
  - Medij ĩnominati
- Prius
  - Primo modo
  - Secundo modo
  - Tertio modo
  - Quarto modo
  - Quinto modo
- Simul
  - Primo modo
  - Secundo modo
  - Tertio modo
- Motus
  - Generatio
  - Corruptio
  - Augmentatio
  - Diminutio
  - Alteratio
  - Secundũ locum mutatio
- Habere
  - Primo modo
  - Secundo modo
  - Tertio modo
  - Quarto modo
  - Quinto modo
  - Sexto modo
  - Septimo modo

Categorie/liber predicamentorum. Antepredicamentũ eſt in categoriis ante predicamentorum determinationẽ ab Ariſtotele traditum documentum.

Diffinitiones: diuiſiones et cetera talia/documẽta nũcupamus.

Equiuoca dicuntur quorum nomen cõmune eſt et ratio ſubſtantie ſecundum illud nomen eſt diuerſa. Dicũtur/dicibilia ſũt

Nomen cõmune/dictio eadem. Ratio ſubſtantie iis eſt diuerſa/de quibus nomẽ diuerſis cõceptibus eſſentialiter predicaẗ.

Diuerſi conceptus totales/conceptus totales non ſynonymi/diuerſe notiones.

Uniuoca dicuntur quorum nomen cõmune eſt et ratio ſubſtantie ſecundum illud nomen eſt eadem.

Ratio ſubſtantie ſecundū nomen aliquibus eſt eadem: quādo de ipſis eodem conceptu eſſentialiter predicatur

Cognoſcimus rationem eſſe eandem quando ſecundum eandē eſſentialem diffinitionem dicibile predicatur.

Diuerſā vero quando diuerſis predicatur diffinitionibus.

Denominatiua dicūtur que ab aliquo ſolo caſu differētia ſunt et ſecundum illud nomen habent appellationem.

Habent ſecundum nomen appellationem: quādo id appellāt pro quo alterum accipi natum eſt.

Denominatiua/nominis et rei ſimul.

Prima diuiſio. Dicibilium quoddam eſt incomplexū quod eſt ſimplex predicationis extremum.

Quando incomplexū nobis deeſt: circumlocuto pro ipſo vtendum eſt. Aliud vero complexum quod ex pluribus dictionibus eſt conſtitutum.

Secunda diuiſio. Eorum que ſunt quedā dicuntur de ſubiecto in ſubiecto vero nullo ſunt. Alia ſunt in ſubiecto et de ſubiecto nullo dicūtur. Alia dicūtur de ſubiecto et in ſubiecto ſūt Alia neqꝫ ſunt in ſubiecto neqꝫ de ſubiecto dicūtur. Ea que ſunt/dicibilia predicamentalia. Dici de ſubiecto eſt ſuperiꝰ predicari de ſuo inferiori. Superiora ſunt genera/ſpecies/differentie. Eſſe in ſubiecto eſt eſſe in aliquo ſicut accidēs in ſubiecto.

Prima regula. Quādo alterū de altero predicatur vt de ſubiecto: quecunqꝫ de eo (quod predicatur) dicūtur: omnia de ſubiecto primo dicuntur. Regule interpretatio. Quicq̊d eſt ſuperius ſuperiore: ſuperius eſt ⁊ inferiore. Et hec dignitas et cōmunis conceptio nominatur.

Secunda regula. Diuerſorum generum ⁊ non ſubalternatim poſitorū diuerſe ſunt ſpecies et differentie. Diuerſa genera non ſubalternatim poſita: ſunt diuerſa p̄dicamēta aut diuerſorum predicamentorum genera. Differentie aut proprie aut magis proprie. Alij his verbis. Eſſentie p̄dicamentorū ſunt impermixte eandem regulam pretendūt. Et hec potius ſuppoſitio atqꝫ petitio nominatur. Predicamentū/generaliſſimū. Rectus/obliquus/actus/potētia/ſubſtantiuū/adiectiuū/principale caſus pro eodē ⁊ eiuſdem

predicamentis computãtur. Et hoc de ſimplicem modũ repreſentandi ac ſignificandi habentibus: intelligimus. Actus eſt dicibile: actum importans. Potentia dicibile importans potentiam.

Subſtantiarum gradus.

Deus ante omnem gradum ſubſtantie eſt longe ſupereminens.

| | |
|---|---|
| Intelligentie | Uegetabilia |
| Celi | Mineralia |
| Elementa | Mixta imperfecta |
| Animalia | Subſtantiarum partes. |

Dicibilia ſubſtantie ſunt que ſubſtantiã ſignificant. quantitatis: que quantitatem. Adaliquid: que adaliquid. Qualitatis: que qualitatem. Actionis actionem. Paſſionis paſſionẽ. Quando que quando. Ubi que vbi. Situs ſitum. Habitus habitum.

Hec ſubſtantiam ſignificant, que ſubſtantiam abſolute ſignificant: aut que eius partem abſolute appellant. Et quantitatem: que rem habere partes ſignificant. Adaliquid: que rẽ ad ſe aut ad aliud. Qualitatem: que rem ſecundum quam aliquid quale eſſe dicitur. Actionem: que rem eſſe ab aliquo. Paſſionem: que rem eſſe in aliquo. Quando ſignificant eſſe in tempore. Ubi ſignificant eſſe in loco. Situm que rei partes ad totum et ad locum quodammodo ſe habere. Habitum que circa corpus habere ſignificant.

Decem queſitiua: quid, quãtum, quid huius, quale, quid agens, quid patiens, quando, vbi, quomodo ſitum eſt, quomodo habituatum eſt.

Que ad aliquod horum queſitiuorum de prima ſubſtantia apte reſpondentur: ſunt in predicamento queſitiui.

## De ſubſtantia

Subſtantia eſt dicibile ſubſtantiam principaliter ſignificans. Principaliter, abſolute.

Prima ſubſtantia eſt ſubſtantia que proprie principaliter et maxime ſubſtat.

Id ſubſtat proprie quod alteri in ꝓpria ſubiicitur predicatione. Et maxime: quod cũ aliis ſubſtat nichil ei ſubſtare natum eſt.

Adaliquid vero talia dicuntur quecūqꝫ hoc ipſum quod ſunt alioꝝ dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud.

Interpretatio. Adaliquid talia ſunt dicibilia: que de ſe ipſis cū genitiuo aut alio quouis obliquo ſunt verificabilia.

Adaliquid/adaliquid cōmuniter/relatiuū cōmuniter.

Proprietates

1 Contrarietas eſt in relatione.

2 Adaliquid ſuſcipiunt magis et minus.

3 Relatiua dicuntur ad conuertentiam.

Relatiua dici ad conuertentiam eſt ipſa de ſe mutuo cum obliquo ſui correlatiui verificari.

4 Relatiua ſunt ſimul natura. Aliqua eſſe ſimul natura eſt inter ea conuerti ſubſiſtendi conſequentiam.

Subſiſtendi conſequentia eſt ab eſſe ad eſſe conſequentia. Et conuertitur quando ſicut ad antecedens ſequit̃ conſequens ita et econtra ad conſequens ſequitur antecedens.

Relatiua actus. Relatiua potētie: ſecūdū potētiā cōuertūtur.

Adaliquid ſunt quibus hoc ipm̄ eſſe eſt ad aliquid quodā modo ſe habere. Adaliquid proprie/relatiuū proprie/relatiuū ſecundum eſſe.

De qualitate.

| | |
|---|---|
| Qualitas | Paſſio aut paſſibilis qualitas |
| Habitus aut diſpoſitio | Forma et circa hoc aliquid conſtans figura |
| Naturalis potentia aut impotentia | |

Qualitas eſt ſecundum quam quale aliq̇d eſſe dicitur.

Habitus eſt ad operandum acquiſita qualitas de difficili mobilis a ſubiecto.

Diſpoſitio primo modo eſt qualitas ad bene/maleue operandum acquiſita.

Diſpoſitio ſecūdo modo eſt qualitas ad bene/maleue operandum acquiſita: de facili mobilis a ſubiecto.

Naturalis potentia eſt qualitas ad bene operandū innata.

Naturalis impotentia eſt qualitas ad male/debiliterue operandum innata.

Paſſio eſt qualitas tranſiens: que ſenſui paſſionem infert aut que a paſſione infertur.

Paſſibilis qualitas eſt qualitas permanens: que ſenſui paſſio nem infert: aut que infertur a paſſionibus.
Forma eſt ex numero aut numeri proportione ꝓueniēs q̄litas.
Figura vero ex continui terminatione.

Proprietates

Qualitati aliquid eſt contrarium. 1
Qualitas ſuſcipit magis et minus. 2
Proprie proprium eſt qualitati ſecūdum eam ſimile vel diſſi= mile dici. 3
Similitudo eſt rerum differentium eadem qualitas.
Diſſimilitudo vero diuerſa.
Similia ſunt ſimilem qualitatem habentia.
Diſſimilia vero diſſimilē atq; diuerſam habētia qualitatem.

De actione et paſſione.

Actio ab aliquo ſignificat. Paſſio vero in aliquo.
Agere et pati recipiunt contraria. 1
Agere et pati ſuſcipiunt magis et minus. 2
De quando/ vbi/ ſitu et habitu cognoſcimus per analogiam.
De quibus conſulte Ariſtoteles ſermonē contraxit q: ſua vo= cabula vulgaria ſint et nichil aut perparū ad philoſophiam pertinentia: reliquorum autem plurimū.

Poſtpredicamentū eſt poſt predicamentoꝝ determi= nationē ab Ariſtotele traditū documentum.
Oppoſita dicuntur que ſimul de eodem et eodem mo do verificari non poſſunt.
Relatiue oppoſita ſunt que oppoſitorum dicuntur vel quomo dolibet aliter ad aliud.
Priuatiue oppoſita ſunt habitus et priuatio: que habent fieri circa idē ordine irregreſſibili et tp̄e determinato a natura.
Habitus: poſitiuus eſt terminus qui nullā negationē īcludit.
Priuatio: terminus priuatiuus. et eſt qui negationem includit priuantem.
Negatio priuans eſt que negati aptitudinem importat.
Priuatiue oppoſita/ priuatiue oppoſita potentie. ad que pri= uatiue oppoſita actus reducuntur: que ſunt habitus et pri= uatio que habent fieri circa idem ordine regreſſibili.

Contraria ſunt que ſub eodem genere poſita ſunt maxime a ſeinuicē diſtant et eidem ſubiecto viciſſim inſunt a quo mutuo ſe expellunt niſi alterum eorum inſit a natura. Et hec maxime/propriiſſimeq; contraria ſunt: per quorum analogiam cognoſcuntur que aliorum magis/queue minus ſunt contraria.

Contraria immediata ſunt: quorum neceſſe eſt alterum ſuo ꝓprio ſuſceptibili ineſſe.

Et proprium ſuſceptibile eſt de quo diſiunctum ex ipſis vniuerſaliter verificatur.

Contraria mediata ſunt: quorum non neceſſe eſt alterum ſuo proprio ſuſceptibili ineſſe. Que ſi medium habent nominatum: medij nominati contraria dicuntur. Si vero ſolum vtriuſq; ipſorum contrariorum negatione medium nominatū habent: dicuntur medij innominati.

Contradictoria ſunt oppoſita que ſubiacent affirmationi et negationi. Ea vero ſunt termini adinuicem finitus et infinitus.

Sunt preterea diſparata que non multū oppoſita vocari conſueuerūt que (cū aliquo p̄dictorū modorū nō ſint oppoſita) ſimul tamen de eodem non ſunt verificabilia.

Proprietates.

1 Bonum ſemper contrariatur malo: ſed malum aliquando bono et aliquando malo contrariatur.

2 Non neceſſe eſt ſi vnum contrariorum actu ſit: alterum actu eſſe.

3 Impoſſibile eſt contraria ſimul eidem ineſſe.

4 Contraria habent fieri circa idem genere aut ſpecie.

5 Contraria aut ſunt ſub eodem genere propinquo/aut in contrariis generibus/aut ſunt contraria genera.

## De priori.

PRius primo modo: eſt prius ſecundum tempus
Secundo modo: natura. et eſt a quo non cōuertitur ſubſiſtendi conſequentia.
Tertio modo: ordine.

Quarto modo: perfectione.
Quinto modo: cauſa. Et tot modis dicitur poſterius.

### De ſimul.

Simul primo modo ſunt ſimul tempore quorū neutrum: alterum tempore preceſſit.
Secundo modo: que conuertuntur ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam et neutrum eſt alterius cauſa.
Tertio modo: que aliquod genus ex oppoſito condiuidunt.

### De motu.

Moueo/motus. ago/actio. moueor/motus. patior/paſſio. motus/mutatio.
Generatio eſt mutatio de non eſſe ad eſſe.
Corruptio eſt mutatio de eſſe ad non eſſe.
Augmentatio eſt de minori quantitate ad maiorem mutatio.
Diminutio: a maiori ad minorem mutatio.
Alteratio: ad qualitatem aut a qualitate mutatio.
Mutatio ſecundum locum eſt ad locum/aut circa locū mutatio.

### De habere.

Primo modo: aliquid dicitur habere qualitatem.
Secundo modo: quantitatem.
Tertio modo: aliquid circa corpus.
Quarto modo: dicitur habere membrum.
Quinto modo: continens contentum.
Sexto: poſſeſſionem.
Septimo: virum aut vxorem.

### Ars enunciationum.

- Vox
  - Oppoſitio
  - Equipollentia
  - Conuerſio
    - Propoſitio hypo.
  - Conſequentia
    - Propoſitio de mō
- Vox
  - Significatiua
  - Conſignificatiua
  - Non ſignificatiua

- Vox ſignificatiua
  - Ad placitum
  - Naturaliter
- Ad placitum
  - Incomplexa
  - Complexa
- Incomplexa
  - Nomen
  - Verbum
  - nomen obliquū
  - Verbū obliquū
  - Jis equiualens

- Complexa
  - Perfecta
  - Imperfecta
- Perfecta
  - Indicatiua
  - non indicatiua.
- Indicatiua
  - Categorica
  - Hypothetica
- Categorica
  - Affirmatiua
  - Negatiua
  - Uniuerſalis

V

| | | |
|---|---|---|
| Particularis | Subalternarum | Bona |
| Indefinita | Conuerſio | Materialis |
| Singularis | Simplex | Formalis |
| Oppoſitio | Per accidens | Regule |
| De forma | Per ꝯtrapoſitionē | Propō modalis |
| De lege | Propō hypothetica | Compoſita |
| Contrarie | Conditionalis | Diuiſa |
| Subcontrarie | Copulatiua | Compoſita |
| Contradictorie | Diſiunctiua | Poſſibile |
| Subalterne | Uera | Contingens |
| Cōtradictorie cōes | Falſa | Impoſſibile |
| Cōtradictorie ſingu. | Regule | Neceſſe |
| Lex ꝓpo. oppoſitaꝝ | Conſequentia | Oppoſitio |
| Equipolentie | Bona | Equipolentia |
| Contrariarum | Mala | Conuerſio |
| Contradictoriarū | | |

QUid vox/ vox ſignificatiua/ non ſignificatiua/ ad placitū naturaliter/incomplexa/complexa et reliqua ferme vſqꝫ ad oppoſitionem nota eſſe poſſunt. Aliquid/ aliquid aut aliqua.

Uox ſignificatiua/vox categorematica: et eſt que aliquid aut aliqua ſignificat: vt nomen/ verbum/nomen obliquum/ verbum obliquum/et equiualentia.

Uox conſignificatiua/vox ſyncategorematica: et eſt que cum nō ſignificet aliquid aut aliqua: cū ſignificatiuis tamē in oratione poſitis locum habet. vt pleraqꝫ aduerbia/cōiunctiones/prepoſitiones/interiectiones.

Per voces in analogia/et proportione: ſcripturas et conceptus hoc eſt notiones anime intelligimus.

Que propria ſunt autores conſiderant:que autē impropria ſunt: reiiciunt. Et proinde cum dicitur vox incōplexa: intelligitur vox incomplexa propria. et vox complexa: vox complexa propria. et vnūquodqꝫ alioꝝ ſimiliter. Et eſt propria quādo eſt nō noīs tm̄ neqꝫ rei tantū: ſed noīs ⁊ rei ſimul. Rei/ſignificatōis.

Oratio perfecta indicatiua/oratio logica:

In vnaquaqꝫ diſciplina oīa expetūt ſcōm materiā ſubiectam.

Non indicatiua: non logica: ſed rhetorica aut alicuius potius alterius conſiderationis.

## De oppoſitione

IN omni oppoſitione/equipolentia/conuerſione/verificatione et conſequentia termini teneantur vniuoce neq̧ latius neq̧ preſſius neq̧ diſſimili modo appellent ſed eodē modo teneantur.

Propoſitiones oppoſite ſunt categorice propoſitiones vtroq̧ termino eodem ordine participantes: repugnantes adinuicem in qualitate tantum/in quantitate tantum/aut in qualitate et quantitate ſimul.

Dicuntur enim propoſitiones vtroq̧ termino et eodem ordine participantes: que ſunt eiuſdem ſubiecti et eiuſdem predicati. Idem/ſimile.

Contrarie ſunt vniuerſalis affirmatiua et vniuerſalis negatiua adinuicem oppoſite.

Contrarie de forma ſunt contrarie quarum totū vtriuſq̧ ſubiectum vniuerſaliter: et vnius predicatum vniuerſaliter/alterius vero tenetur particulariter.

Uniuerſaliter/diſtributiue.

Contrarie ſecundum legem ſunt que cōtrariarū legē pticipant.

Cum duarum propoſitionum diuerſe qualitatis vtroq̧ termino eodem ordine participantium omnes termini cōmunes diſtribuātur: aut vnius earū aliq̄s vniuerſaliter/oēs vero alterius vniuerſaliter teneantur: contrariarū legē participant.

De particularibus et indefinitis: idem eſt iudicium.

Subcontrarie ſunt particularis affirmatiua et particularis negatiua adinuicem oppoſite.

Subcontrarie de forma ſunt ſubcontrarie: quarum totum vtriuſq̧ ſubiectum particulariter: et earum vnius predicatū vniuerſaliter/alterius vero particulariter tenetur.

Subcōtrarie de lege ſunt que ſubcōtrariarū legē participant.

Quando duarum huiuſmodi propoſitionum nullus terminorum cōmunium vniuerſaliter aut vnius earum aliquis particulariter: alterius vero omnes tenētur particulariter: legē ſubcontrariarum participant.

Contradictorie ſunt vniuerſalis affirmatiua et particularis negatiua/aut contra: adinuicem oppoſite et he contradictorie cōmunes appellantur.

Contradictorie ſingulares ſunt ſingulares eiuſdē ſubiecti ⁊ predicati diuerſe qualitatis.

Contradictorie de forma ſunt contradictorie quarum totum alterius ſubiectum vniuerſaliter et alterius particulariter: item totum vnius predicatum vniuerſaliter alterius vero particulariter tenetur.

Contradictorie ſecundum legem ſunt que contradictoriarum legem participant.

Signa et negationes ante copulam non ſunt partes ſubiecti aut predicati: niſi includātur inter partes ſubiecti aut predicati.

Quando diſtribuens eſt pars extremi: ſi diſtribuit terminum in vna oppoſitarum diſtribuit eundem in qualibet reliquarum. Extremum: ſubiectum aut predicatum.

Quando ſunt due propoſitiones diuerſe qualitatis vtroqȝ termino eodem ordine participantes quarum quilibet terminus cōmunis diſtributus in vna non diſtribuitur in alia et econtra: legem contradictoriarum participant.

Subalterne ſunt vniuerſalis et particularis eiuſdem qualitatis adinuicem oppoſite.

Subalterne de forma ſunt ſubalterne quarum totum vnius ſubiectum vniuerſaliter/ et alterius particulariter: ambarū vero predicatum conſimiliter tenetur.

Subalterne vero ſecundum legem ſunt que ſubalternarum legē participant.

Que terminū aut terminos habet vniuerſaliter ſumptos ad eam que nullum aut pauciores vniuerſaliter ſumptos habet legem ſubalternarū participat/ vicemqȝ vniuerſalis obtinet.

## De legibus.

Lex contrariarum eſt. Si vna cōtrariarū eſt vera altera eſt falſa non autē ecōtra poſſunt enim ſimul eſſe falſe. Lex/ regula.

Lex ſubcontrariarum eſt. Si vna ſubcontrariarū eſt falſa: altera eſt vera at non econtra. poſſunt enim: ſimul eſſe vere.

E

Lex contradictoriarum eſt. ſi vna contradictoriarum eſt vera: altera eſt falſa atqꝫ econtra. Non enim aut eas ſimul eſſe aut veras aut ſimul falſas poſſibile eſt.

Lex ſubalternarū eſt ſi vniuerſalis ſubalternans eſt vera: et eius particularis: et non econtra. et ſi particularis eſt falſa: ⁊ eius vniuerſalis falſa eſt: et non econtra.

De equipolentiis.

Equipolentia eſt duarum propoſitionum categoricarum vtroqꝫ termino eodem ordine participantium: ꝓpter prepoſitionem negationis tantum/ poſtpoſitionem tantum/ aut propter prepoſitionem et poſtpoſitionem ſimul: formalis equiualentia. Formaliter equiualebunt: quando ſingula vnius ſingulis alterius quo ad omnia conſimiliter ſeſe habebunt.

Uniuerſalis modus dandi contradictionem: eſt toti propoſitioni preponendo/aut prepoſitam auferendo negationem.

Impoſſibile eſt plura adinuicem non equiualentia: eidem contra dicere.

Non equiualent quorum vnum eſſe verū: altero exiſtēte falſo eſt poſſibile.

Quicquid contradicit aut equalet vni equiualentiū: et alteri.

Negatio prepoſita ſigno vniuerſali aut particulari: facit contradictorias equipolere.

Negatio poſtpoſita ſigno vniuerſali: facit cōtrarias equipolere.

Negatio prepoſita et poſtpoſita ſigno vniuerſali aut particulari facit ſubalternas equipolere.

Si in aliqua propoſitione duo negatiua vniuerſalia ſigna: vnum in ſubiecto/et alterum in predicato ponātur: primū contrario et ſecundum ſuo contradictorio equipolet.

| Regula binarij | | Regula ternarij | | Regula quaternarij. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Primum | | Primum | 1.2 | 1 | 1.3 | 1.2.3 |
| Secundum | | Secundū | 1.3 | 2 | 1.4 | 1.2.4 |
| Primū ſecūdū | | Tercium | 2.3 | 3 | 2.3 | 1.3.4 |
| o | o | o o | 1.2.3 | 4 | 2.4 | 2.3.4 |
| o | o | o | o | 1.2 | 3.4 | 1.2.3.4 |

## De conſequentiis.

C Onſequentia eſt propoſitio hypothetica cuius principalis copula eſt nota illationis.

Note illationis ſunt ergo/ideo/igitur/itaqꝫ/ſi/ſiquidem vtiqꝫ et ſimiles.

Antecedens eſt prima pars conſequentie.

Conſequens vero eſt conſequentie ſecunda pars.

Conſequentia mala eſt cuius antecedens eſſe verum conſequēte exiſtente falſo eſt poſſibile.

Conſequentia bona eſt conſequentia: cuius antecedens eſſe veꝝ conſequente exiſtente falſo eſt impoſſibile.

Conſequentia materialis eſt conſequentia bona: non tenens in omnibus terminis ſimili forma argumentandi retenta.

Conſequentia formalis eſt conſequentia bona tenens in omnibꝰ terminis ſimili forma argumentandi retenta.

Pertinentia ad formam categoricarū ſunt hec: ſimilis quātitas/ qualitas/ ſuppoſitio/ ampliatio/ reſtrictio/ appellatio ſuorum terminorum/et ſimilitudo quo ad hoc qȯ eſt eſſe reflexiuū vel non reflexiuum. Diuerſitas enim in aliquo iſtorum mutat formam categoricarum. Et preter hec ad formam hypotheticarum et conſequentiarum: idem numerus terminorum/et ſimilis ſitus eorum.

Argumentari a non diſtributo ad diſtributum et a confuſo ad determinatum ſigno manente confuſiuo conſequentiam impedit eſſe formalem.

Si ad alicuius conſequētie date antecedēs ſequitur conſequens ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitū antecedentis. Oppoſitum/contradictorium.

Si ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitū aut repugnās antecedenti: conſequentia data valet.

Repugnantia ſunt que ſimul eſſe vera non poſſunt.

Quicquid ſequitur ad conſequens bone conſequentie: ſequitur et ad eius antecedens.

## De conuerſionibus.

C Onuerſio eſt ſubiecti in predicatum mutatio. Et eſt ſubiecti in predicatum mutatio: quando duarū ꝓpoſitionū ſubiectum vnius eſt predicatum alterius/et econtra: predicatum vnius ſubiectum alterius.

Et conuerſio: bona dicitur: cum illarum propoſitionum vna de

neceſſitate ſequitur ad alteram. De neceſſitate: in cōſequētia neceſſaria/in conſequentia formali. Et talis conſequentie antecedens dicitur conuerſa: et conſequens conuertens.

Mala vero conuerſio quando ad conuerſam non de neceſſitate ſequitur conuertens.

Conuerſio ſimplex: eſt quando conuerſe ad conuertētem manēte eadē quantitate et qualitate eſt formalis conſequentia.

Conuerſio per accidēs: eſt quādo conuerſe ad conuertētem manente eadem qualitate ſed mutata quantitate etiam eſt formalis conſequentia.

Conuerſio per contrapoſitionem: eſt quando mutatis terminis finitis in terminos infinitos conuerſe ad conuertentē manēte eadem qualitate et quantitate eſt bona conſequentia.

Particulare et indefinitum eandem reputantur habere quantitatem. Singularia reiecta ſunt a diſciplinis.

Ad propoſitionem implicitam ne reſpondeas priuſq̄ explicueris illam.

Uniuerſalis affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam per accidens: et in vniuerſalem et particularem affirmatiuam per contrapoſitionem.

Uniuerſalis negatiua conuertitur ſimpliciter in vniuerſalem negatiuam: et per accidens in ſuam particularem: et in particularem negatiuam per contrapoſitionem.

Particularis negatiua conuertitur in particularem negatiuam per contrapoſitionem.

Particularis affirmatiua conuertitur ſimpliciter in particularē affirmatiuam.

Si conſequentia propter defectum vel defectus nō valeat: amoto illo vel amotis illis: conſequentia valebit.

Semper valet conuerſio dummodo non argumentetur a non diſtributo aut indebite a confuſo. Sola forma qua Ariſtoteles vtitur pertinet ad diſciplinas: cetere autem ſunt a diſciplinis reiecte.

Uniuerſalis affirmatiua de predicato tranſcendente et particularis negatiua de ſubiecto non ſupponente non conuertuntur per contrapoſitionem.

Tranſcendens in ea ſignificatione qua vtuntur: vt ad omnia cōmune eſt.

## De propoſitione hypothetica.

PRopoſitio hypothetica eſt propoſitio plures habens categoricas partes principales ſui: atq adinuicem coniunctas.
Propoſitio cõditionalis eſt propoſitio hypothetica: cuius principalis copula eſt nota illationis ſi/aut illi equiualens.
Conditionalis vera: eſt conditionalis: cuius antecedens eſſe verũ conſequente exiſtente falſo eſt impoſſibile. Antecedens conditionalis: eſt prima eius pars. Et cõſequẽs: eſt eius ſecũda.
Prima pars conditionalis: eſt ea eius pars que ĩmediatius coniunctionem ſi/aut equiualens ſequitur.
Conditionalis falſa: eſt conditionalis cuius poſſibile eſt antecedens eſſe verum conſequente exiſtente falſo.
Copulatiua eſt propoſitio hypothetica: cuius principalis copula eſt coniunctio copulatiua et/aut equiualens.
Copulatiua vera eſt copulatiua: cuius vtraq partium vera eſt. Pars/pars principalis/propinqua/tota.
Copulatiua falſa eſt copulatiua: cuius altera partium eſt falſa.
Sub copulatiua continentur temporalis/ localis/ ſimilitudinis/expletiua/ cauſalis/ relatiui ſubſtantie/ quantitatis/ qualitatis et exponibiles. Exponibiles ſunt excluſiue/exceptiue/reduplicatiue/comparatiue de differt et equiualẽtibus/ de incipit et deſinit. Sub incipit comprehenduntur generatur/fit/acquiritur. Sub deſinit vero: corrumpitur/deperditur/non fit et ſimilia.
Temporalis eſt propoſitio hypothetica: cuius principalis copula aut eam includens eſt aduerbium temporis. Et ita de aliis ſuo modo dicatur.
Cauſalis eſt propoſitio hypothetica: cuius principalis copula eſt coniunctio quia/aut equiualens.
Cauſalis vera: eſt cauſalis cuius cum vtraq partium fuerit vera prima eſt cauſa ſecunde. Que enim immediatius ſequitur quia/aut equiualens: eſt eius prima pars. Id eſt cauſa alterius quod ad queſitiuum quare: de eo conuenienter reſpondetur.

E

Diſiunctiua eſt pꝛopoſitio hypothetica cuius pꝛincipalis copula eſt coniunctio diſiunctiua vel/aut equiualens.
Diſiunctiua vera: eſt diſiunctiua cuius altera partiū vera eſt.
Diſiunctiua falſa: eſt diſiūctiua cuius vtraqꝫ partiū eſt falſa.
Eſt et alia diſiunctiue ſignificatio apud diuum Seuerinum et alios latinos de qua nichil ad pꝛeſens.
Que dicūtur de hypothetica: intelligūtur de affirmatiua.
Erit enī affirmatiua quando pꝛincipalis copula nō negabit.
Pars/pars pꝛincipalis vt et vbiqꝫ ſupius intelligēdū eſt.
Pꝛopoſitio poſſibilis eſt pꝛopoſitio que poteſt eſſe vera.
Pꝛopoſitio ꝯtingens eſt pꝛopoſitio que poteſt eſſe vera/et que eadem poteſt eſſe falſa.
Pꝛopoſitio impoſſibilis eſt pꝛopoſitio falſa: que nō poteſt eſſe vera.
Pꝛopoſitio neceſſaria eſt pꝛopoſitio vera: que falſa eſſe non poteſt.

## Conſequentiarum regule.

Quid conſequētia/mala/bona/materialis/foꝛmalis/quid antecedens/quid conſequens: pꝛius dictum iam eſt.
Ab vniuerſali ad ſuā particularem eſt foꝛmalis cōſequentia. 1
Ab equiualenti ad ſuam equiualentē eſt foꝛmalis cōſequētia. 2
A conuerſa ad conuertentem eſt foꝛmalis conſequentia. 3
Si ad antecedens ſequitur conſequens: ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. 4
Si ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis: ad antecedens ſequitur conſequens. 5
Quicquid ſequitur ad conſequens bone conſequentie ſequitur ad eius antecedens. 6
Ad impoſſibile ſequitur quodlibet. Neceſſarium ex quolibet et he due non ſunt diſciplinis applicabiles. 7
A tota conditionali cum poſitione antecedentis ad poſitionē conſequentis: eſt foꝛmalis conſequentia. 8
A tota conditionali cum deſtructione conſequētis ad deſtructionem antecedentis: eſt foꝛmalis conſequentia. 9
Deſtruere eſt oppoſitum contradictoꝛium ſumere.

V

10 Ad omnem conditionalem ſequitur alia conditionalis eiuſdē conſequentis: cuius antecedens antecedit ad antecedens prime.

11 Ad omnem conditionalem ſequitur alia conditionalis cuius antecedens eſt oppoſitum conſequētis prime: et cōſequens oppoſitum antecedentis prime.

12 A tota conditionali cum poſitione conſequentis ad poſitionē antecedentis non eſt neceſſaria conſequentia.

13 A tota conditionali cum deſtructione antecedentis ad deſtructionē conſequentis ſimiliter non eſt firma conſequentia.

14 Si ad aliquam copulatiuam: ſequitur aliquod conſequēs: ad oppoſit'um conſequētis cum alterutra partium copulatiue: ſequitur oppoſitum alterius partis.

15 A tota copulatiua ad alteram eius partem eſt formalis conſequentia

16 A deſtructione partis copulatiue: ad deſtructionem totius eſt formalis conſequentia.

17 A parte copulatiue ad totam copulatiuam non neceſſaria eſt conſequentia.

18 A deſtructione totius copulatiue: ad deſtructionē partis eius ſimili modo non valet conſequentia.

19 A parte diſiūnctiue ad totam diſiunctiuam eſt formalis conſequentia.

20 A deſtructione totius diſiunctiue: ad deſtructionē partis eius eſt formalis conſequentia.

21 A tota diſiunctiua cum deſtructione vnius partis ad poſitionem alterius eſt formalis conſequentia.

22 A deſtructione vnius partis diſiunctiue: ad deſtructionem antecedentis cuius ꝯtradictoria alterius partis pars vna fuerit eſt formalis conſequentia.

23 A tota copulatiua: ad diſunctiuam ex eiſdem partibus conſtitutam eſt formalis conſequentia/at non econtra.

24 A copulatiua negatiua: ad diſiunctiuam de partibus contradicentibus eſt formalis conſequentia.

Copulatiua negatiua equipollet diſiunctiue affirmatiue de ꝑtibus contradicentibus.

25 A diſiunctiua negatiua ad copulatiuam de partibus contradicentibus eſt formalis conſequentia.

A diſunctiua ad copulatiuam negatiuam de partibus cōtra- dicentibus eſt formalis conſequentia. 26

Diſiunctiua negatiua equipolet copulatiue de partibus con- tradicentibus. 27

Ad omnem diſiunctiuam cuius altera partium eſt poſſibilis et altera impoſſibilis: partem poſſibilem ſequi neceſſe eſt. 28

A tota diſiūctiua cum poſitione vnius partis ad poſitionem alterius non eſt neceſſaria conſequentia. 29

A tota diſiunctiua cum deſtructione vnius partis: ad deſtru- ctionem alterius itidem firma conſequentia non eſt. 30

## De modalibus.

Modi ſunt hi poſſibile/cōtingēs/ impoſſibile et neceſſe et equiualētes. Poſſibile/contingens/impoſſibile/et neceſſe: interdum ſunt categoremata: et propoſitio- num paſſiones. et tunc poſſibile/propoſitio poſſibilis: con- tingens/propoſitio contingens: impoſſibile propoſitio im- poſſibilis: et neceſſe propoſitio neceſſaria: et iidem faciunt modales compoſitas.

Modalis compoſita eſt propoſitio categorica cuius vnum ex- tremorum eſt modus et alterum eſt dictū: non aliunde mo- dificata.

Dictum eſt oratio ex obliquo et infinitiuo conſtituta aut equi- ualens.

Poſſibile et contingens hoc in loco idem.

## Regule.

Si aliqua propoſitio eſt poſſibilis: eadem eſt cōtingens/eadē non eſt impoſſibilis/et eius oppoſita contradictoria non eſt neceſſaria. 1

Si aliqua propoſitio non eſt poſſibilis: eadem non eſt contin- gens/eadem eſt impoſſibilis/et eius oppoſita contradicto- ria eſt neceſſaria. 2

A et e ſignificant attributionem: i et u remotionem: a et i di- ctum affirmatum: e et u dictum negatum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Poſſibile | a | e | i | u | |
| Contingens | a | e | i | u | |
| Impoſſibile | i | u | a | e | |
| Neceſſe | u | i | e | a | |

3 Si aliqua equipolẽtium eſt poſſibilis/contingens/impoſſibilis aut neceſſaria et reliqua ſimiliter.

4 Si conuerſa poſſibilis eſt et eius conuertens poſſibilis.

5 Si conuerſa eſt contingens: et eius cõuertens contingens eſt.

6 Si conuerſa impoſſibilis eſt: nõ opoꝛtet eius cõuertentem eſſe impoſſibilem.

7 Si conuerſa neceſſaria eſt: et eius conuertens neceſſaria eſt.

8 Si conuerſa non eſt poſſibilis non opoꝛtet eius conuertentem non eſſe poſſibilem.

Et ita ſi conuerſa non fuerit contingens.

9 Si aliqua pꝛopoſitio non eſt impoſſibilis: neq; eius cõuertens impoſſibilis eſt.

10 Si aliqua pꝛopoſitio nõ eſt neceſſaria: nõ idcirco opoꝛtet eius conuertentem non eſſe neceſſariam.

Interdum poſſibile/cõtingens/impoſſibile/neceſſe et ſimiles ſunt ſincategoꝛemata et copularum determinationes ⁊ tũc faciunt modales diuiſas.

Pꝛopoſitio modalis eſt ꝓpoſitio categoꝛica: cuius copula ali-quo modoꝛum poſſibile/contingens/impoſſibile aut neceſſe ſincategoꝛematum determinata eſt.

Modalis/modalis diuiſa.

Modi particulares ſunt poſſibile et contingens.

Modi vniuerſales ſunt impoſſibile ⁊ neceſſe: impoſſibile negatiuus: neceſſe affirmatiuꝰ. poſſibile/cõtingens: aliquis/quidã. impoſſibile/neceſſe: nullus/omnis. Quod eſt aliquis et quidam ad ſubiectũ hoc eſt poſſibile et cõtingens ad copulam: ⁊ quod eſt nullus et omnis ad ſubiectum: id quoq; eſt impoſſibile et neceſſe ad copulam.

Oppoſitio/lex/equipolentia/cõuerſio: eodem modo et in totis compoſitis (quia et ille de ineſſe ſunt) et in diuiſis ꝑ analogiam: ſicut et in illis de ineſſe ſumuntur.

Contrarie modales ſunt modales eiuſdem ſubiecti et ꝑdicati: quarũ vna tota eſt vniuerſalis affirmatiua/⁊ altera tota vniuerſalis negatiua. Modalis eſt tota vniuerſalis: que ⁊ de ſubiecto et de modo eſt vniuerſalis.

Subcontrarie modales ſunt modales eiuſdem ſubiecti et predicati quarum vna eſt tota particularis affirmatiua/ et alia tota particularis negatiua. Modalis eſt tota particularis que et de ſubiecto et de modo particularis eſt. Et eſt de ſubiecto ⁊ modo particularis quando totum ſubiectum et modus particulariter tenetur.

Contradictorie modales ſunt modales eiuſdē ſubiecti et eiuſdē predicati diuerſe qualitatis quarum vna eſt tota vniuerſalis/ altera vero eſt tota particularis.

Subalterne modales ſunt modales eiuſdem ſubiecti et predicati atqꝫ qualitatis: quarum vna eſt tota vniuerſalis et altera tota particularis. Et predictarū ſingule: oppoſite proprie/atqꝫ de forma dicuntur.

Propoſitōes modales eiuſd̄ ſubiecti ⁊ p̄dicati ⁊ diuerſe q̄litatis: quarum vna eſt tota vniuerſalis et altera partim vniuerſalis legem contrariarum participant.

Propoſitiones modales eiuſdē ſubiecti et predicati diuerſe qualitatis quarum vna eſt tota particularis et altera partim particularis: legem ſubcontrariarum participant.

Propoſitiones modales eiuſdē ſubiecti et predicati diuerſe qualitatis partim diſſimiliter vniuerſales / partimqꝫ diſſimiliter particulares: legem contradictoriarum participabunt: imo ſunt contradictorie. Erunt enim diſſimiliter vniuerſales et diſſimiliter particulares: quando vna erit vniuerſalis de ſubiecto et altera de modo: et vna particularis de ſubiecto altera vero de modo.

Propoſitiones modales eiuſdem ſubiecti et predicati et qualitatis quarū vna eſt tota vniuerſalis altera vero partim particularis: legem ſubalternarum participant. item partim vniuerſalis et tota particularis.

Propoſitiones modales eiuſdē ſubiecti et predicati diuerſe qualitatis: de ſubiecto ſingulares et vniuerſales de modo: legem contrariarum participant. Particulares de modo: legem ſub contrariarum. Una vniuerſalis et alia particularis: contradictoriarum: imo ſunt contradictorie ſingulares.

Q̄ ſi ābe eiuſdē qualitatis fuerint et earū altera de mō vniuerſalis altera vero particularis: legē ſubalternarū p̄ticipant.

Propoſitiones modales eiuſdē ſubiecti et predicati diuerſe qualitatis partim conſimiliter vniuerſales/partimqꝫ conſimiliter

particulares: nullam legem participant.

Legem enim participare: eſt aliquas propoſitiones et omnes ſimilis forme: aliquarum oppoſitarum legem obſeruare.

Dicuntur partim cõſimiliter vniuerſales quarũ vtraq; eſt vniuerſalis aut ex parte ſubiecti ſolum/aut ex parte modi ſolum.

Et ita partim conſimiliter particulares.

Propoſitiones modales eiuſdem ſubiecti et predicati et qualitatis partim diſſimiliter vniuerſales/partimq; diſſimiliter particulares: nullam legem participant.

Negatio prepoſita modo vniuerſali aut particulari: facit equipolere contradictorio.

Poſtpoſita modo vniuerſali: contrario.

Prepoſita et poſtpoſita: mõ vniuerſali aut pticulari ſubalterno.

Modales compoſite ad diſciplinas pertinent.

Modales autem diuiſe ad ſophiſticam.

A et a ſignificant modum et verbum ſimiliter ſe habere. A et e modum ſimiliter et verbum diſſimiliter. A et i ſignificant modum diſſimiliter et verbum ſimiliter. A et u et verbum et modum ſeſe habere diſſimiliter.

Similiter enim ſe habent modo quãdo neutrius aut vtriuſq; modo: preponitur negatio. Et ſimiliter verbo quando neutri aut vtriq; poſt modum ponitur negatio.

Et ſimiliter modo: et verbo diſſimiliter: quãdo neutri aut vtriq; preponitur negatio modo: et vni poſtponitur negatio modo/alteri vero minime.

Et ſe habent verbo ſimiliter et modo diſſimiliter: quando vtriq; aut neutri poſtponitur negatio modo: et vni preponitur negatio modo/alteri vero non.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Poſſibile | a | e | i | u |
| Contingens | a | e | i | u |
| Impoſſibile | i | u | a | e |
| Neceſſe | u | i | e | a |
| | Parti.affir. | Parti. nega. | Uni.nega. | Uni.affir. |

E

Propoſitio modalis tota vniuerſalis affirmatiua: per accidens in totam particularem affirmatiuam/de neceſſitate atq; formaliter conuertitur.

Tota vniuerſalis negatiua: ſimpliciter in totam vniuerſalem negatiuam et per accidens in totam particularē/ et mixtī in partim vniuerſalem/partimq; particularem conuertitur.

Propoſitio modalis tota particularis negatiua: nō cōuertitur.

Propoſitio modalis tota particularis affirmatiua: conuertitur ſimpliciter in totam particularem affirmatiuam.

Propoſitio modalis affirmatiua partim vniuerſalis/partīq; particularis: mixtim in totā particularē conuertitur.

Propoſitio modalis negatiua partim vniuerſalis/partimq; particularis nullo pacto conuertitur.

## Ars ſyllogiſmorum

| | |
|---|---|
| Argumentatio | Communis |
| Syllogiſmus | Simplex |
| Inductio | Compoſitus |
| Exemplum | Prime figure |
| Entymema | Secunde figure |
| Syllogiſmus | Tertie figure |
| Categoricus | Directe concludens |
| Hypotheticus | Indirecte concludens |
| Categoricus | Perfectus |
| Communis | Imperfectus |
| Expoſitorius | |

Argumentatio eſt conſequentia bona. Syllogiſmus eſt oratio in qua q̄buſdā poſitis aliud q̄dē ab iis q̄ poſita ſunt de neceſſitate accidit eo ꝙ hec ſunt. Quibuſdam poſitis/quibuſdā propoſitionibus. De/neceſſitate/formaliter/in conſequentia neceſſaria ac formali. Accidit/ſequitur. Eo ꝙ hec ſunt/propter hec. Prima illarū propoſitionum vocatur maior. Secunda minor. et illa que ex ipſis infert vocatur concluſio. Propoſitio/premiſſa.

Syllogiſmus categoricus eſt ſyllogiſmus cuius vtraq; p̄miſſarū aſſumptarum pariter et concluſio categorica eſt.

Syllogiſmus hypotheticus eſt ſyllogiſmus: cuius altera propo
ſitionū aſſumptarum aut concluſio hypothetica eſt.

Syllogiſmus categoricus cōmunis eſt ſyllogiſmus categoricus:
cuius medium eſt terminus communis.

Syllogiſmus categoricus expoſitorius eſt ſyllogiſmus catego=
ricus: cuius medium eſt terminus ſingularis.

Syllogiſmus categoricus cōmunis ſimplex eſt ſyllogiſmus ca=
tegoricus cōmunis: cuius extrema et copula ſuarum propoſi=
tionū et concluſionis: ſunt ſimplicia.

Syllogiſmus categoricus cōmunis compoſitus eſt ſyllogiſmus
categoricus communis: cuius aliquod extremum aut copula
eſt compoſita.

Syllogiſmus categoricus prime figure eſt ſyllogiſmus categori=
cus: cuius mediū ſubiicitur in maiore et predicatur in minore.
Medium ſyllogiſmi eſt terminus bis ſumptus ante concluſio
nem: ipſam concluſionem non intrans.

Syllogiſmi prime figure ſunt: barbara/celarent/darij/ferio/ba=
ralipton/celantes/dabitis/fapeſmo/friſeſomorum.

Syllogiſmus ſecunde figure eſt ſyllogiſmus categoricus: cuius
medium predicatur in vtraq; premiſſarum.

Secūde figure ſyllogiſmi ſūt: ceſare/cameſtres/feſtino/baroco.

Syllogiſmus tertie figure eſt ſyllogiſmus categoricus: cuiꝰ me=
dium ſubiicitur in vtraq; premiſſarum.

Syllogiſmi tertie figure ſunt: darapti/felapton/diſamis/datiſi/
bocardo/feriſon.

Syllogiſmus directe concludens eſt ſyllogiſmus categoricus cō
cludens maiorem extremitatem de minore.

Syllogiſmus indirecte concludens eſt ſyllogiſmus categoricus
concludens minorem extremitatem de maiore. Maior extre=
mitas eſt que continetur in maiori propoſitione cum medio.
Et minor extremitas que ponitur in minori cum medio.

Syllogiſmi indirecte concludentes ſunt: baralipton/celantes/
dabitis/fapeſmo/friſeſomorum. Reliqui omnes nominati ſūt
directe concludentes. Fapeſmo et friſeſomorum ſunt indiffe=
rentes ſyllogiſmi prime figure/ſecūde figure/et tertie figure:
Homonyme tamen capti.

Syllogiſmus perfectus eſt ſyllogiſmus: qui nullius alterius indiget ad hoc ꝙ appareat neceſſarius. Hoc eſt qui non indiget cõuerſione/tranſpoſitione pꝛemiſſarũ aut reductione per impoſſibile. Neceſſarium/euidens.

Syllogiſmus imperfectus eſt ſyllogiſmus categoꝛicus qui indiget vnius aut plurium ad hoc vt videatur neceſſarius. Hoc eſt qui indiget cõuerſione/tranſpoſitione pꝛemiſſarum aut reductione per impoſſibile.

Syllogiſmi perfecti ſunt: barbara/celarẽt/darij/ferio: et reliqui omnes ſunt imperfecti. Omnia hic dicta intelliguntur de ſyllogiſmis cõmunibus et ſimplicibus de quibus Ariſtoteles pꝛecipuam egit curam atqꝫ determinationem.

Littere ſignificatiue ſunt A e i o B C c D f m p s

A vniuerſalis affirmatiua/e vniuerſalis negatiua/i particularis affirmatiua/o particularis negatiua. Capitalis B reduci ad barbara. C ad celarent. D ad darij. f ad ferio.

c quod non eſt dictionis pꝛincipium conuerſiue et per impoſſibile ſignificat.

M mutationem pꝛemiſſarum id eſt tranſpoſitionem.

P per accidens conuerſionem.

S ſimplicem conuerſionem.

Regule

Ad quaſcunqꝫ pꝛemiſſas: ſequũtur ipſe eedem tranſpoſite. 1

Ad pꝛemiſſas conuerſe: ſequũtur pꝛemiſſe conuertentis. 2

Ex cuiuſlibet ſyllogiſmi contradictoꝛio concluſionis cum alterutra pꝛemiſſarũ: de neceſſitate ſequitur oppoſitum alterius pꝛemiſſe. 3

Ad quaſcunqꝫ pꝛemiſſas aliqua ſequitur concluſio: ad eaſdẽ ſequitur conuertens/ſubalterna/et omnes concluſionis equipolentes. 4

| | | | |
|---|---|---|---|
| A | E | I | O |
| i | o | ne | na |
| no | ni | nan | nen |
| en | an | is | o |
| ip | es | o | o |
| o | op | o | o |

5 In omni ſyllogiſmo medium in altera pꝛemiſſarũ debet vniuerſaliter teneri et dumtaxat quod vniuerſaliter in vna tenetur: debet eſſe medium in altera.

6 In nulla figura ex puris negatiuis fit ſyllogiſmus.

7 In nulla figura ex puris particularibus fit ſyllogiſmus.

8 Maioꝛe particulari non fit ſyllogiſmus pꝛime figure directe concludens.

9 Minoꝛe negatiua non fit ſyllogiſmus pꝛime figure directe cõcludens.

10 Ex puris affirmatiuis nullus fit ſcõe figure ſyllogiſmus.

11 Maioꝛe particulari non fit ſecunde figure ſyllogiſmus directe concludens.

12 In tertia figura nullus ſyllogiſmus cõcludit vniuerſaliter.

13 Minoꝛe negatiua nõ fit tertie figure ſyllogiſmus directe cõcludens.

14 Medium ſtrictius in minoꝛe non impedit ſyllogiſmũ: latius autem impedit ipſum valere.

15 Pꝛemiſſis in debita quãtitate ⁊ qualitate diſpoſitis: ſemper ſequitur concluſio dũmodo a non vniuerſaliter ad vniuerſaliter non fiat argumentatio.

16 Dantur termini in quibus omni: quãdo cũ duabus pꝛemiſſis veris ſtat vniuerſalis affirmatiua ex extremitatibꝰ ꝯpoſita

17 Dantur termini in quibus nulli: quando cũ duabus pꝛemiſſis veris ſtat vniuerſalis negatiua ex extremitatibꝰ cõpoſita.

Stare cum pꝛemiſſis eſt ſimul eſſe vera cum pꝛemiſſis.

Pꝛo ſyllogiſmis expoſitoꝛiis affirmatiuis.

18 Quecunq̧ de eodem tertio verificãtur: illa de ſe inuicem verificantur. Tertium/ſingulare. Pꝛo negatiuis.

19 Quecunq̧ de eodem tertio alterum negatiue et alterum affirmatiue verificantur: negatum de affirmato vere negatur.

Foꝛma ſyllogiſmoꝛum Ariſtotelica doctrinalis eſt/ et ad diſciplinas pertinens magnumq̧ habens momentum: cetere autem vulgares/reiecte/et ad ſophiſticam accõmodate.

Foꝛma ſyllogiſmoꝛum expoſitoꝛioꝛum doctrinis eſt amminicularis in tertia figura. relique autẽ foꝛme reiecte ſunt/inefficaces/et nullius ad diſciplinas vſus atq̧ accommodationis.

Poteſtas ſyllogiſmorum
Peccatum contra ſyll'os
Species argumētationis
Poteſtas ſyllogiſmorum
Plura concludere
Uerum ex falſis ſyllogiſare
Circulariter ſyllogiſare
Conuerſiue ſyllogiſare
Per impoſſibile ſyllogiſare
Ex oppoſitis ſyllogiſare
Plura concludere
Per conuerſionem
Sumendo ſub medio
Sumēdo ſub miore extremi.
Peccatū ꝯtra ſyllogiſmos
Petere principium
Statim
Non ſtatim
Nō ꝑpt hoc accidere falſū
Fallacia cōtrarie opinionis
Spēs argumentationis
Inductio
Exemplum
Deductio
Syllogiſmus inſtantiuus
Entymema
Signum
Icos

Syllogiſmus poteſtatis eſt qui ad priorē ꝓpoſitionē aut ſyllogiſmū: aut qui ex falſis verū aut ex oppoſitis ſyllogiſat. Syllogiſmus poteſtatis/ptās ſyllogiſmi.

Syllogiſmus plura concludens eſt qui cum conſequens concludat: ex eiſdem premiſſis concludit illud quod ſequitur ad conſequens/ aut qui ſub medio aut minori extremitate ſumendo augetur.

Syllogiſmus per conuerſionem plura concludens eſt ſyllogiſmus qui cum ex ſuis premiſſis cōuerſam concludat: ex eiſdem concludit et conuertentem.

Syllogiſmus plura concludens ſumendo ſub medio eſt ſyllogiſmus cuius retenta maiore: vnam aut plures ſub medio minores extremitates ſumendo ſyllogiſamus.

Syllogiſmus plura concludens ſumendo ſub medio/et ſyllogiſmus ad latus ſumendo auctus idem.

Syllogiſmus plura concludens ſumendo ſub minore extremitate: eſt ſyllogiſmus cuius concluſione facta maiore: ſub eius ſubiecto prioris quidē ſyllogiſmi minori extremitate: alia extremitate ſumpta fit ſyllogiſmus. Qui et ſyllogiſmus in poſt aſſumendo auctus nominatur.

Contraria ſunt que ſub eodem genere poſita ſunt maxime a ſeinuicē diſtant et eidem ſubiecto viciſſim inſunt a quo mutuo ſe expellunt niſi alterum eorum inſit a natura. Et hec maxime/propriiſſimeq; contraria ſunt: per quorum analogiam cognoſcuntur que aliorum magis/queue minus ſunt contraria.

Contraria immediata ſunt: quorum neceſſe eſt alterum ſuo proprio ſuſceptibili ineſſe.

Et proprium ſuſceptibile eſt de quo diſiunctum ex ipſis vniuerſaliter verificatur.

Contraria mediata ſunt: quorum non neceſſe eſt alterum ſuo proprio ſuſceptibili ineſſe. Que ſi medium habent nominatum: medij nominati contraria dicuntur. Si vero ſolum vtriuſq; ipſorum contrariorum negatione medium nominatū habent: dicuntur medij innominati.

Contradictoria ſunt oppoſita que ſubiacent affirmationi et negationi. Ea vero ſunt termini adinuicem finitus et infinitus.

Sunt preterea diſparata que non multū oppoſita vocari conſueuerūt que (cū aliquo p̄dictorū modorū nō ſint oppoſita) ſimul tamen de eodem non ſunt verificabilia.

Proprietates.

1 Bonum ſemper contrariatur malo: ſed malum aliquando bono et aliquando malo contrariatur.

2 Non neceſſe eſt ſi vnum contrariorum actu ſit: alterum actu eſſe.

3 Impoſſibile eſt contraria ſimul eidem ineſſe.

4 Contraria habent fieri circa idem genere aut ſpecie.

5 Contraria aut ſunt ſub eodem genere propinquo/aut in contrariis generibus/aut ſunt contraria genera.

## De priori.

PRius primo modo: eſt prius ſecundum tempus
Secundo modo: natura. et eſt a quo non cōuertitur ſubſiſtendi conſequentia.
Tertio modo: ordine.

Syllogiſmus oſtenſiuus: eſt qui ex duobus manifeſte veris propoſitum concludit.

Syllogiſmus ex oppoſitis eſt qui ex premiſſis adinuicem oppoſitis extremitatum concluſionem concludit.

Peccatum contra ſyllogiſmos eſt ex ſyllogiſmo aut in ſyllogiſmo proueniens vicium.

Petere principiũ eſt argumẽtationis viciũ nõ demonſtrans ꝑpoſitũ. Non ſyllogiſat/ignotius/eque ignotũ/poſterius

Petitio principij ſtatim: eſt quando idem in propria forma ad ſeipſum probandum eſt ſumptum.

Petitio principij nõ ſtatim: eſt quãdo alio modo petit̃ principiũ.

Non propter hoc accidere falſum eſt argumentationis vicium ex propoſitione in ſyllogiſmo falſum aut ĩpoſſibile cõcludente ꝓueniens: qua appoſita aut remota nichil minus ſeq̃tur falſum aut ĩpoſſibile. Nõ cõmunicans/maior/minor/medium.

Fallacia contrarie opinionis eſt vicium: quo argumentationis vi: inconuenienter contraria opinari contingit.

Inductio eſt a ſingularibus ſufficienter enumeratis: ad ſuũ vniuerſale progreſſio. Progreſſio/argumẽtatio. Singularia/minus communia.

Syllogiſmus inductiuus eſt qui maiorem extremitatem de medio per minorem ſyllogiſat.

Maior extremitas eſt terminus de aliis proprie predicabilis.

Minor extremitas eſt terminus aliis ꝓprie ſubiicibilis ex ſingularibus diſiunctus.

Medium vero terminus eſt qui maiori proprie ſubiicitur: de minori vero proprie predicatur. Affirmatio.

Syllogiſmus inductiuus/inductio.

Exemplum eſt quando vnum ſingulare per alterum probamus propter aliquod ſimile.

Syllogiſmus exemplaris eſt quando quoniam primũ medio per ſimile tertio ineſt: primũ de tertio per mediũ ſyllogiſamus.

Primum quod cũ primo ponitur ſingulari. ſimile tertio/primum ſingulare. Tertiũ/ſecundum ſingulare.

Medium eſt terminus ſimilitudinem exprimens.

Affirmatio

Deductio eſt ſyllogiſmus cuius maior nota eſt: minor vero dubia eque a ut magis concluſione credibilis.

Deductio minoris.

Inſtantiuus ſyllogiſmus eſt qui inſtātiam concludit. Inſtantia eſt vniuerſalis impugnāde contraria aut cōtradictoria.

Entymema eſt ex icotibus aut ſignis feſtinata argumentatio. Dyalecticum/demonſtratiuū. Icos: ꝓpoſitio eſt ꝓbabilis. Signum/propoſitio neceſſaria. Eſt feſtinata argumētatio quando ex vna premiſſa infertur concluſio.

Syllogiſmus entymematicus eſt q̄ ex entymemate facto aſſūpta p̄miſſa fit ſyllogiſmus. Entymema ſigni eſt cuiꝰ ſigni nomē eſt mediū. Signū eſt paſſionis rei a natura in corpore relictū veſtigiū. Mediū eſt t̄minꝰ in entymematis ātecedēte et nō ī cōſequēte poſitꝰ. Entymema ſigni/entymema phyſionomicū et eiꝰ ſyllogiſmus phyſionomicus ſyllogiſmus. Entymema affirmatiuū eſt prime figure qn̄ mediū ſubiicit̄ p̄dicato ⁊ p̄dicat̄ de ſubiecto. Et eſt ſcd̄e qn̄ mediū de ſubiecto et p̄dicato idētidem p̄dicat̄: et tale eſt diſciplinis ineptū. Et eſt tertie quando vtriq̄ ſubiicitur.

Ex omni entymemate ſyllogiſmū facies. Regule.

1 Subiectum concluſionis in antecedente. deeſt maior.
2 Predicatum concluſionis in antecedente. deeſt minor.
3 Uniuerſale affirmatiuum. primus modus. prime figure.
4 Uniuerſale negatiuum. deeſt maior. premiſſa affirmatiua. ſecundus prime/primus ſecunde.
5 Deeſt maior. premiſſa negatiua. ſecundus ſecunde.
6 Deeſt minor. premiſſa affirmatiua. ſecundus ſecunde.
7 Deeſt minor. p̄miſſa negatiua. ſecūdus p̄me/primus ſecūde.
8 Particulare affirmatiuum. deeſt maior. medium ſubiectum. tertia figura.
9 Deeſt maior. medium predicatum. tertius prime.
10 Deeſt minor. premiſſa vniuerſalis. tertiꝰ prime. tertia figura.
11 Deeſt minor. premiſſa particularis. tertius tertie.
12 Particulare negatiuum. deeſt maior. medium ſubiectum. tertia figura.
13 Deeſt maior. medium predicatum. quartus prime.
14 Deeſt minor. maior vniuerſalis. quartꝰ prime. tertia figura.
15 Deeſt minor. maior particularis. quintus tertie.

Entymema directum.

In librum poſteriorum

| | |
|---|---|
| Precognitio | Tertie figure |
| Demonſtratio | Scientie ſubalternantis |
| Principia | Scientie ſubalternate |
| Scibilis queſtio | Principia |
| Precognitio | Communia |
| Quid eſt | Propria |
| Quia eſt | Propria |
| Demonſtratio | Dignitates |
| Uniuerſalis | Poſitiones |
| Particularis | Poſitiones |
| Uniuerſalis | Suppoſitiones |
| Propter quid | Diffinitiones |
| Quia | Suppoſitiones |
| Affirmatiua | Petitiones |
| Negatiua | Suppoſitiones aſſumpte |
| Oſtenſiua | Scibilis queſtio |
| Ad impoſſibile | Si eſt |
| Immediata | Quid eſt |
| Mediata | Quia eſt |
| Prime figure | Propter quid eſt |
| Secunde figure | |

PRecognitio eſt ante demonſtrationē requiſita cognitio. Precognitio quid eſt: eſt qua quid vnumquodq; nomen ad demonſtrationē attinens ſignificet: cognoſcimus.

Precognitio quia eſt: ea eſt qua demonſtrationū principia et que in demonſtratione aſſumimus: vera eſſe cognoſcimus.

Demonſtratio eſt argumentatio faciens ſcire. Syllogiſmus/ Entymema.

Scire primo eſt rem per cauſam cognoſcere ꝓpter quam res eſt et quoniam illius eſt cauſa/ et non eſt contingere hoc aliter ſe habere. Scire/ ſcire ſimpliciter. Res/ concluſio. Cauſa eſt quodcunq; ad queſitiuum quare conuenienter reſpondemus. Id vero de quo querimus effectus nominatur. Non cōtingere aliter ſe habere/ neceſſarium eſſe.

Scire ſecūdo eſt ex principio aut principiis aut ex iis que ex principiis cognita ſūt cognoſcere. Principiū/ principiū ꝓprium.

Demonſtratio vniuerſalis eſt que ex vniuerſalibus conſtituitur/ propoſitionibus. Propoſitiones vniuerſales ſunt que ſunt de omni de per ſe et ſecundum quod ipſum.

Propoſitio de omni eſt quando predicatum ſubiecto et omnino et ſemper ineſt. Eſt vero de per ſe quando predicatum de diffinitione ſubiecti: aut ſubiectum de diffinitione predicati fuerit. Superiora de diffinitione inferiorum et ſubiectum de diffinitione accidentium exiſtit.

Modi per ſe: diffinitio predicatum/diffinitio ſubiectum/ſubſtantia/ſubiectum cauſa. Secūdū quod ipſum/conuertibiliter.

Demonſtratio particularis eſt cuius altera aſſumptarum ꝓpoſitionum particularis eſt. Propoſitio particularis eſt demonſtrationis propoſitio que ſecundum quod ipſum non eſt.

Demonſtratio propter quid eſt demonſtratio per cauſam ꝓpinquam procedens. Cauſa propinqua eſt cauſa conuertibilis. Materia/forma/efficiens/finis.

Demonſtratio quia eſt: eſt que per cauſam remotam aut effectū procedit. Materia/forma/efficiens/finis. Effectus materie/forme/efficientis/finis.

Demonſtratio affirmatiua eſt que concluſionem concludit affirmatiuam.

Negatiua vero que concludit negatiuam.

Demonſtratio oſtenſiua eſt que ex duobus manifeſte veris propoſitum demonſtrat. Demonſtratio oſtenſiua/demonſtratio aſſertoria.

Demonſtratio ad impoſſibile eſt ſyllogiſmus ad impoſſibile aut que ad principij aut alicuius ex principio cogniti oppoſitum perducit.

Demonſtratio ad impoſſibile/demonſtratio ducens ad incōmodum/demonſtratio ad inconueniens.

Demonſtratio immediata eſt que ex immediatis conſtituitur ꝓpoſitionibus. Propoſitiones immediate/principia.

Demonſtratio mediata eſt cuius altera aſſumptarum propoſitionum eſt ex principio cognita. Propoſitiones mediate/ex principio cognoſcibilia.

Demonſtratio prime figure eſt que in prima fit figura. Secunde que in ſecunda. Tertie vero que in tertia.

Demonſtratio ſcientie ſubalternantis eſt demonſtratio in ſciētia ſubalternante facta.

Demonſtratio ſcientie ſubalternate eſt que in ſcientia fit ſubalternata.

Scientia eſt habitus concluſionis per demonſtrationem acquiſitus.

Scientia ſubalternans eſt que alteri ſciētie ſua mutuat principia aut ea que ex principiis ſunt cognita.

Sciētia ſubalternata eſt que alterius ſciētie mutuatis principiis aut iis que ex ipſis cognita ſunt vtitur. Sciētia ſubalternans/totum. Scientia ſubalternata/pars.

Principia ſunt que per ſe ipſa et non per alia fidem habent. Alia/alia principia.

Principia communia ſunt diuerſis ſcientiis accōmodabilia principia. Propria vero que vni diſcipline aut eius partium vni ſunt accommodabilia.

Dignitates ſunt principia que vnuſquiſqꝫ probat audita. ⁊ eedē ſunt quas quēlibet docendū natura habere neceſſe eſt. Eas natura habere eſt eis (earum cognitis terminis) intellectum naturali lumine aſſentire. Dignitates/maxime propoſitiones/communes conceptiones/communes ſciē/proloquia In diſciplinis ſecundum materiam ſubiectam intellecte: proprie ſunt.

Poſitiones ſunt principia que cum demonſtrari non poſſint: non neceſſe eſt tamen ea diſcentem natura habere.

Suppoſitiones ſunt poſitiones eſſe aut non eſſe ſignificantes. Ea ſignificant eſſe que ſunt propoſitiones affirmatiue. Non eſſe vero que ſunt negatiue. Diffinitiones ſunt poſitiones ſine eſſe aut non eſſe quid ſit res importantes. Diffinitio/diffinitio ſecundum ſpeciem facta.

Petitiones ſunt poſitiones que maxime ponendis aptantur hypotheſibus.

Suppoſitiones aſſumpte ſunt que demonſtrationis aſſumuntur premiſſe.

Queſtio ſcibilis eſt que principium aut id quo queſitum demonſtratione cognoſci poſſit: interrogat.

Queſtio ſi eſt: ea ſcibilis queſtio eſt qua an res ſint an eſſe nate ſint: querimus.

Queſtio quid eſt: eſt ſcibilis queſtio qua diffinitio aut predicatum eſſentiale de aliquo queritur Diffinitio ſecundũ ſpeciem facta/ diffinitio ſecundum materiam facta.

Diffinitio ſecundum ſpeciem facta eſt que medium quo de diffinito demonſtrari poſſit: non habet. Diffinitio ſecundum materiam facta: eſt que id habet medium.

Queſtio quia eſt: eſt ſcibilis queſtio qua de aliquo quantũ/ quale aut aliarum proprietatum aliquam querimus/ mediumq́ poſterius requirens.

Queſtio propter quid: eſt ſcibilis queſtio qua ex quo/per quid/ a quo/aut gratia cuius de aliquo queritur. et hec queſtionum reliquas ambit.

## Ars locorum.

Locus
- Intrinſecus
- Extrinſecus
- Medius

Locus intrinſecus
- Maxima
- Differentia maxime

Locus maxima
- A ſubſtantia
- A cõcomitãtibus ſbãm

Locus a ſubſtantia
- A diffinitione
- A diffinito
- A deſcriptione
- A deſcripto
- Ab interpretatione
- Ab interpretato

A cõcomitantibus ſbãm
- A toto in quantitate
- A parte in q̃titate
- A toto vniuerſali
- A pte totius vniuerſalis
- A toto in modo
- A parte totius in modo
- A toto integrali
- A parte totius integralis
- A cauſa materiali
- Ab effectu cauſe materialis
- A cauſa formali
- Ab effectu cauſe formalis
- A cauſa efficiente
- Ab effectu cauſe efficientis
- A cauſa finali
- Ab effectu cauſe finalis
- A generatione
- A genito
- A corruptione
- A corrupto
- Ab vſu
- Ab vſitato
- A cõmuniter accidentibus

Locus extrinſecus
- Maxima
- Differentia maxime

Locus maxima
- Ab oppoſitis

A repugnantibus
A maiore
A minore
A ſimili
Ab autoritate
A tranſumptione
A trāſmutata ꝓportione
Ab oppoſitis
Relatiue
Priuatiue
Contrarie
Contradictorie
Locus medius
Maxima
Differentia maxime
Locus maxima medius
A coniugatis
A caſibus
A diuiſione
A diuiſione
Equiuoci in ſua equi.
Uniuoci in ſus vni.
Equiuoci
A caſu
A conſilio
Uniuoci
Generis in ſuas ſpecies
Generis in ſuas differētias
Speciei in ſua indiuidua
Totius in modo in ſuas ptes
Subiecti in accidentia
Accidentis in ſubiecta
Accidentis in accidentia

Diffi/des/inter/totum/pars/cauſa ſit intra:
Signit/corrumpens/vſus communiter herens.
Oppoſitum/ſequitur/maior minor/aſſimilatq/
Autor/tranſumpta/proportio:ſit locus extra.
Sunt medij/cōmu/caſus/diuiſio:nec plus.

Locus eſt ſedes argumēti. Sedes argumenti eſt regula argumentationē confirmans aut argumētationis nomē a termino inferente et termino illato ſumptum.

Argumentatio eſt conſequentia bona cuius antecedens probat conſequens.

Antecedens probat conſequens quando ipſum notius eſt conſequente.

Terminus inferens eſt terminus in antecedente et non in conſequente poſitus. Terminus illatus eſt terminus in cōſequente et non in antecedente poſitus.

Locus maxima eſt regula argumentationis confirmatiua.

Locus differentia maxime eſt argumentationis nomen a termino inferente et termino illato ſumptum.

Locus intrinſecus eſt quando terminus inferens et terminus illatus de ſeinuicem verificantur: aut vnum partem aut cauſam alterius ſignificat.

Quando terminus inferens et terminus illatus nullomodo conueniunt: faciunt locum extrinſecum.

Quando terminus inferens et terminus illatus partim cōueniūt et partim differunt: faciunt locum medium.

Diffinitio eſt oratio eſſentialiter et conuertibiliter quid eſt explicans. Diffinitum eſt cum quo diffinitio cōuertitur ipſum quidē explicans.

Deſcriptio eſt oratio accidentaliter et conuertibiliter quid eſt explicans. Deſcriptum eſt ab eo explicatum cum quo deſcriptio conuertitur ipſum explicans.

Interpretatio eſt minus noti per magis notum conuertibilis explicatio. Explicans eſt interpretatio. Explicatū eſt interpretatum.

Totum in quantitate eſt terminus cōmunis mediante ſigno vniuerſali vniuerſaliter ſumptus. Pars totius in quantitate eſt minus cōmune ſub toto in quantitate ſumptum.

Totum vniuerſale eſt ſuperius. Pars totius vniuerſalis eſt inferius. Pars totius vniuerſalis/pars ſubiectiua.

Totum in modo eſt terminus: ad ſeipſum cum determinatione non diminuente ſumptum: cum qua prius non ſumebatur comparatus. Terminus ſumitur cum determinatione non diminuente quando ipſum totū de parte hoc eſt de toto aggregato vniuerſaliter verificatur. Pars in modo eſt terminus ſūptus cū determinatione non diminuente in cōparatione ad ſeipſum ſumptum ſine illa determinatione.

Totum integrale eſt quicquid habet partes. Et illud ex quo integratur vocatur eius pars. Duplex eſt pars totius integralis: principalis ſcilicet atq̧ minus principalis. Pars totius integralis principalis: eſt ſine qua ſuū totū eſſe nō poteſt. Pars integralis minꝰ principalis eſt ſine qua ſuū totū eſſe poteſt.

Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequit̄ aliud. Cauſa neceſſaria eſt ſine qua effectus eſſe nō poteſt. Cauſa ſufficiēs eſt qua exiſtēte effectum non eſſe eſt īpoſſibile. Cauſa materialis eſt ex qua cū forma fit aliquid. Cauſa formalis eſt ꝑ quā aliq̄d fit. Cauſa efficiens eſt a qua aliq̄d fit. Cauſa finalis eſt gratia cuius aliq̄d fit. Effectus eſt quod ad cauſā ſequit̄. Id ad cauſam ſequit̄ quod ex aliquo/ per aliquid/ab aliquo/aut alicuius gratia fit.

Generatio eſt rei productio. Corruptio eſt rei deſitio. Genitum eſt aliquid productum. Corruptum eſt quod deſinit eſſe.
Uſus eſt rei operatio. Uſitatum eſt id cuius eſt vſus.
Communiter accidentia ſunt quorum vnum ſemper ſequitur ad alterū. Relatiua/priuatiua/contraria/contradictoria/ex predicamentis ſunt cognita.
Repugnantia ſunt que de ſeinuicem vniuerſaliter vere negant. Sunt et que de ſeinuicem verificari non poſſunt. Repugnātia extranea/diſparata.
Maius eſt quod habet maiorem veritatis apparentiam.
Minus eſt quod habet minorem ſue veritatis apparentiam.
Simile eſt quod habet ſimilem ſue veritatis apparentiam.
Autor eſt quicunq; in aliqua ſcientia expertus eſt.
Autoritas eſt autoris dictum et bene et vere aſſertum.
Tranſumptio eſt nominis methaphorice ſumpti: per proprium vocabulum explicatio.
Tranſmutata proportio eſt quando quattuor terminorū primus ad ſecundum ſicut tertius ad quartum et concludimus vt primus ad tertium ita ſecundus ad quartum.
Termini ſunt numeri et magnitudines.
Coniugata ſunt adinuicem denominans et denominatiuum.
Denominans et denominatiuum/abſtractum et concretum.
Caſus ſunt ſua aduerbia.
Diuiſio eſt termini cōmunioris in terminos minus cōmunes diſtributio. Diſtributio/partitio. Arguitur ad diffinitione ad diffinitum quādo argumētationis: diffinitio eſt terminus inferēs/ et diffinitum eſt terminus illatus. Locus dicitur teneri cōſtructiue quando argumētum concludit affirmatiue/et deſtructiue quando argumentum concludit negatiue.
In argumentis terminus inferens et terminus illatus teneri debent ſignificatiue.

Maxime locorum.

Quicquid conuenit aut diſconuenit diffinitioni/deſcriptioni aut interpretationi: conſimiliter conuenit aut diſconuenit diffinito/deſcripto aut interpretato/ et contra. Conuenire alicui eſt ſubiiciendo vel predicando de aliquo affirmatiue verificari.

Diſcōuenire alicui eſt ſubiiciēdo aut predicādo de aliquo vere negari. Conuenire et attribui idem. Synonymū et equalens ſub interp̄tatione cōtinētur. Hos tres locos autores ſepe confundūt: eiuſmodi argumēta oīa a diffinitione nominantes.

Quicquid attribuitur aut remouetur a toto in quātitate ſimiliter attribuitur aut remouetur a qualibet eius parte.

Quicquid attribuit̄ aut remouetur a ptibus totius in quantitate ſimul ſumptis et ipſi toti attribuitur aut ab eo remouetur.

Argumentū a partibus in q̄titate ſimul ſūptis/ et inductio idem. Argumentari a pluribus determinatis ad vnam determinatā impedit inductionem. et hoc intellige interdum de confuſa tantum: vt quando inducitur ex parte predicati.

Quicquid remouetur a toto vniuerſali: et a qualibet eius parte. Remoueri eſt vere et vniuerſaliter negari.

Cuicunq̧ attribuitur pars totius vniuerſalis: et eius totum. et a quo cum conſtantia eius remouetur pars et p̄ticulariter eius totum.

Pars ſumitur cum conſtantia eius: quando ſumit̄ cū propoſitione de eſt ſecūdo adiacēte in qua ſubiicitur aut in equiualēti. et hec conſtantia in vulgarium propoſitionum requirit̄ conſequentiis: non autem in iis que diſcipline ſunt.

Magis commune ſub toto vniuerſali/et minus cōmune ſub eius parte continetur.

A quocunq̧ remouetur totum in modo et eius pars.

Cuicunq̧ attribuitur pars in modo: et eius totum.

Si eſt totum integrale: et pars principalis.

Si non eſt pars principalis: neq̧ eſt eius totum.

Si non eſt cauſa neceſſaria: neq̧ eſt eius effectus.

Poſito effectu: ponitur et eius cauſa neceſſaria.

Poſita cauſa ſufficiente: ponitur et eius effectus.

Si non eſt effectus: neq̧ eius cauſa ſufficiens.

Poſita cauſa ſufficiente effectum qui eſt/fuit/erit aut poteſt eſſe reſpiciēte: ponēdus eſt eius effectus eſſe/fuiſſe/fore/aut poſſe eſſe.

Cuius finis bonus eſt: et ipſum quoq̧ bonum eſt.

Et cuius finis malus eſt: et eius effectus malus eſt. et contra.

Bonum eſt triplex. Utile: quod alicui ad vtilitatem cedit. delectabile: quod efficit voluptatem atq̧ delectationē. et honeſtū: quod eſt bonum animam perficiens.

Cuius generatio bona eſt: et ipſum quoqȝ bonum eſt.
Quod non eſt bonum: neqȝ eius generatio bona eſt.
Cuius generatio eſt mala: et ipſum malum eſt.
Quod non eſt malum: neqȝ eius generatio mala.
Cuius corruptio eſt bona: ipſum eſt malū. Et cuius mala: ipſum eſt bonum.
Si corruptum non eſt malum: neqȝ eius corruptio bona.
Et ſi corruptum non eſt bonum: neqȝ eius corruptio mala.
Cuius vſus eſt bonus: et ipſum bonum eſt.
Et cuius vſus malus: et ipſum malum.
Quod non eſt bonum: neqȝ eius vſus bonus eſt. et quod non eſt malum: neqȝ eius vſus malus.
Communiter accidentium poſito poſteriore ponitur et prius. et remoto priore remouetur et poſterius.
Relatiua poſita ſe ponunt/et perempta ſe perimunt.
Relatiua dicuntur ad conuertentiam.
Si alicui conuenit vnum relatiue oppoſitoꝝ: ſimul eidem et eodē modo non conuenit reliquum.
Conueniret ſimul eidem et eodem modo ſi verificaretur ſimul de eodem reſpectu eiuſdem et in eodem genere cauſe.
Eſſe in eodem ſimul/de eodem ſingulari verificari.
Impoſſibile eſt priuatiua/contraria aut contradictoria ſimul eſſe in eodem.
Cuicunqȝ conuenit vnum priuatiue/contrarie aut contradictorie oppoſitorum: non ſimul eidem conuenit et reliquum.
A quocunqȝ remouetur vnum contrariorum immediatorum aut contradictoriorum cum conſtantia ſui ſuſceptibilis: eidem attribuitur et reliquum. Suſceptibile contrariorum immediatorum eſt ipſorum ſubiectum de quo diſiunctum ex ipſis vniuerſaliter verificatur.
Cuicunqȝ conuenit vnum repugnantium: ab eodem remouetur et reliquum.
Si quod magis videtur eſſe non eſt: neqȝ id quod minus.
Si quod minus videtur eſſe eſt: et illud quod magis.
De ſimilibus/idē eſt iudiciū. Quādo ī loco a ſimili argumētamur cum particula ſicut ſe habet: vocatur argumētū a ꝓportione,

Maxima.

Proportionabilium idem eſt iudicium.
Unicuiqꝫ experto: in ſua ſcientia credendum eſt.
Quicquid alicui conuenit ſub nomine proprio: conuenit eidem ſub ſua metaphora atqꝫ econtra.
Si ſicut primū ad ſecūdū/tertium ſe habet ad quartum: ita ſicut primū ad tertium: ſeſe etiam habebit ſcōm ad quartum.
Si concretum de concreto eſſentialiter predicatur: ⁊ abſtractum de abſtracto.
Si principale de principali et caſus de caſu verificatur.
Si diuiſum de aliquo verificetur a quo omnia (excepto vno) diuidentia remoueantur: et ipſum diuidētium reliquum de eodē verificabitur.

## Ars fallaciarum.

Fallacia
- In dictione
- Extra dictionem

Fallacia in dictione
- Equiuocationis
- Amphibologie
- Compoſitionis
- Diuiſionis
- Accentus
- Figure dictionis

Fallacia extra dictionem
- Accidentis
- Secūdum quid ad ſimpliciter
- Ignorantie elenchi
- Petitionis principij
- Conſequentis
- Non cauſe vt cauſe
- Secundum plures interrogationes vt vnam.

Fallacia/argumentatio ſophiſtica.
Argumentatio ſophiſtica eſt argumentatio apparēs ⁊ nō exiſtens: aut exiſtens ſed nō cōueniens rei. Non eſt cōueniēs rei: quādo antecedens non probat cōſequens.
Fallacia in dictione eſt fallacia: que ſine conſideratione dictionis prouenire non poteſt.
Dictio eſt ſignum ad placitum ſignificans. Dictionum quedam eſt ſimplex: et eſt dictio incomplexa/ et alia compoſita: et eſt dictio complexa.
Multiplex: actuale/potentiale/phantaſticum.
Multiplex actuale eſt dictio eadem ſecundum materiam et formam: diuerſa ſignificans.
Materia: ſunt littere/ſyllabe/et dictiones.

Pertinentia ad formã ſunt: idem accentus/quantitas ſyllabarũ aſpiratio/vel non aſpiratio/pauſe et puncta.
Multiplex potentiale eſt dictio eadem ſecundum materiam et diuerſa ſecundum formam: plura ſignificans.
Multiplex phantaſticum eſt dictio que propter alterius ſimilitudinem videtur aliquid habere quod non habet
Equiuocum eſt dictio ſimplex eadem ſecundum materiam et formam: diuerſa ſignificans. Equiuocum a caſu. equiuocũ analogum. equiuocum compoſitum.
Equiuocum a caſu eſt equiuocum eque principaliter plura ſignificans.
Equiuocum analogum/equiuocum a conſilio: et eſt equiuocum principaliter vnũ et alterũ minus principaliter ſignificans.
Fallacia equiuocationis eſt fallacia in dictione: ratione equiuoci proueniens.
Amphibologia eſt dictio compoſita eadem ſecundum materiam et formam: plura ſignificãs. Amphibologia a caſu: analoga. compoſita.
Fallacia amphibologie eſt fallacia in dictione ex parte amphibologie prouenicns.
Propoſitio compoſita eſt propoſitio ſecundum ſuarum partium ſitum magis debitum accepta. Modus. determinatio. determinabile.
Situs magis debitus is eſt quẽ idiomatis peritus iudicat magis eſſe accommodum.
Fallacia compoſitionis eſt fallacia in dictione: qua argumẽtatur a propoſitione diuiſa ad compoſitam.
Fallacia diuiſionis eſt fallacia in dictione qua argumentatur a ꝓpoſitione compoſita ad diuiſam.
Argumentari. ſophiſtice argumentari.
Accentus eſt extenſio/remiſſio vel ſyllabarum quedam moderatio ſecundum prolate dictionis euphoniam.
Accentus acutus. grauis circũflexus. longus. breuis. in differẽs. aſpiratus. non aſpiratus.
Accentus acutus eſt extenſio ſyllabe.
Accentus grauis eſt ſyllabe remiſſio.
Circumflexus eſt medio modo ſe hab ens.
Dictio monoſyllaba naturaliter longa circũflectiᷓ alias acuitur.

Omnis vox diſſyllaba cuius prima eſt naturaliter longa ꝛ ſecunda breuis: primam circūflectit alias quōcunqꝫ acuit.

Omnis polyſſyllaba cuius penultima breuis eſt: tertia ante finē acuitur.

Si penultima longa eſt natura et vltima breuis: penultima circūflectitur. et ſi vltima breuis non ſit: acuitur.

Cetere ſyllabe que non acuuntur aut circūflectuntur modo qui dictus eſt: grauantur.

Fallacia accentus eſt fallacia in dictione ex parte accentus proueniens.

Fallacia accentus acuti: eſt fallacia accentus non acuti in acutum conuerſi. grauis/et circūflexi/et reliquorum ſimiliter.

Fallacia figure dictionis eſt fallacia in dictione ex parte multiplicis phantaſtici proueniens.

Finis/predicamentum/ſignificatio/oratio.

Fallacia extra dictionem eſt fallacia que ſine conſideratione dictionis prouenire poteſt.

Fallacia accidentis eſt fallacia extra dictionem: proueniens eo ꝙ quicꝙ̄ videtur eſſe ſyllogiſmus et non eſt.

Attributum/accidens/res ſubiecta/antecedens concluſio.
Attributum/maior extremitas. Accidens/minor extremitas. Res ſubiecta/medium

Fallacia ſecūdum quid ad ſimpliciter eſt fallacia extra dictionē: eo proueniens ꝙ quicꝙ̄ videtur eſſe entymema totius in modo aut ſue partis et non eſt.

Dictum ſimpliciter eſt terminus ad ſe ipſum cum determinatione cum qua prius non ſumebatur ſumptum: comparatus.

Dictum ſecundum quid eſt aggregatum ex dicto ſimpliciter ꝛ determinatione conſtitutum.

Per fallaciam a dicto ſecūdū quid ad dictū ſimpliciter cognoſcit̄ fallacia a diffinitione ad diffinitū/a deſcriptione/interpretatōe a toto in quātitate/a toto vniuerſali/ꝛ cetere ſimiles: ad eamqꝫ reducūtur. vt enim accidens ſyllogiſmum apparentē: ita hec fallacia apparens entymema cōiter continet.

Fallacia ignorantie elenchi eſt fallacia extra dictionem ex omiſſione alicuius quattuor particularum ad idem/ſecundum idem/ſimiliter/et in eodem tempore: proueniens.

Fallacia petitionis principij eſt fallacia extra dictionē cuius an-

tecedens non probat cõſequens. Falſum/ignotũ/magis igno=tum/eque ignotum.

Fallacia conſequentis eſt fallacia extra dictionẽ eo ꝙ conſequen=tia videtur conuerti et non conuertitur: prouenieus. Poſitio conſequentis/deſtructio antecedentis.

Fallacia non cauſe vt cauſe eſt fallacia extra dictionem: ex inter=emptione ꝑmiſſe ſupflue ſyllogiſmi ad impoſſibile ꝓueniens.

Syllogiſmus ad impoſſibile eſt ſyllogiſmus procedens ex cõtra=dictorio propoſitionis negate cum vno manifeſte vero ad infe=rẽdum vnũ manifeſte falſum: ob cuius falſitatem fit regreſſus ad falſitatem premiſſe falſe ex cuius falſitate per principiũ cõ=tradictoriorum concluditur veritas propoſiti.

Premiſſa ſuperflua ſyllogiſmi ad impoſſibile eſt premiſſa qua po ſita vel remota nichilominus remanet ſyllogiſmus ad impoſſi bile: et illa eadem premiſſa: non cauſa dicitur.

Fallacia ſecundum plures interrogationes vt vnam eſt fallacia extra dictionem ex eo quidem prouenies ꝙ ex vna reſpõſione ad interrogationes plures data: non bene concluditur.

Interrogationes plures vt vna ſunt cum plura de vno aut vnum de pluribus aut plura de pluribus interrogantur.

Singulare. Plurale.

Interrogamus plura cum interrogamus copulatũ aut copulato equiualens.

Recta ſolutio eſt defectus vel defectuum male argumentationis manifeſtatio.

In paralogiſmis: omne multiplex indiſtinctum parit cõfuſionẽ.

Omnis propoſitio argumentatõis ſophiſtice in qua eſt multiplex ratione cuius prouenit fallacia: eſt diſtinguenda.

Fallacia equiuocationis/amphibologie/ꝯpoſitionis/diuiſionis/ et accentus ſoluitur multiplex diſtinguendo et defectũ aut de=fectus manifeſtando/item et cõſequẽt iã diſtinguendo.

Fallacia figure dictionis ſoluitur conſequentiam negando et de=fectum ſimilitudinis manifeſtando.

Hec fallaciarum perículoſiſſima eſt/et multe impietatis ſedes.

Fallacia accidentis/a ſecundum quid ad ſimpliciter/ignorantie elenchi/conſequentis/non cauſe vt cauſe/ſecundum plures

interrogationes vt vnam: ſoluitur conſequentiam negando et defectum aut defectus manifeſtando.
Fallacia petitionis principij, ſoluitur aut antecedens negando aut dubitando et defectum manifeſtando.

## Ars obligationum.

Obligatio
  Poſitio
  Depoſitio
  Poſitio dubitationis
  Poſitio diſtinctionis
Poſitio
  Categorica
  Hypothetica
Categorica
  Uniuerſalis affirmatiua
  Uniuerſalis negatiua
  Particularis negatiua
  Particularis affirmatiua
  Singularis affirmatiua
  Singularis negatiua
Hypothetica
  Conditionalis
  Copulatiua
  Diſiunctiua

Obligatio eſt ad aliquod propoſitum oſtendendum: ſecundum aliquem reſpondendi modum deuinctio.
Deuinctio/ligatio.
Modi reſpondendi ſunt concedere/negare/dubitare/diſtinguere.
Propoſitio/propoſitum/enunciatio/enunciabile.
Poſitio eſt ad aliquod propoſitum concedendum obligatio.
Depoſitio eſt ad aliquod propoſitum negandum obligatio.
Poſitio dubitationis eſt obligatio ad aliquod propoſitum dubitandum.
Poſitio diſtinctionis eſt obligatio ad aliquod propoſitum diſtinguendum.
Poſitio categorica: eſt ad propoſitionem categoricam concedendam obligatio.
Poſitio vniuerſalis affirmatiua eſt ad vniuerſalē affirmatiuā concedendam obligatio. Et cetera per analogiam.

### Regule.

1 Nunq̄ due adinuicem contradictorie ſunt ſimul concedende/aut negande.

O

Impoſſibile nunq̄ concedendū eſt: aut neceſſariū negandū. 2
Quotiens poſitum infra tempus obligationis tibi propoſitū 3
fuerit: ipſum eſt concedendum.
Poſitum: eſt propoſitio per poſitionem conceſſa.
Tempus obligationis eſt tēpus totius diſputationis aut quo
uſq; ad repugnans opponens obliget reſpondentem.
Omne ſequens poſito: infra tempus obligationis conceden= 4
dum/et repugnans negandum eſt. Conſequens/ſequens/
et pertinens ſequens idem.
Ad impertinēs: infra tempus obligationis et extra ſimiliter 5
eſt reſpondendum.
Impertinens alicuius eſt quod ad ipſum nec ſequitur nec re=
pugnat.
Omnis propoſitio ſeqnēs a te cōceſſo eſt concedenda. et eius 6
oppoſita aut repugnans: infra tempus obligationis eſt ne
ganda.
Quicquid ſequitur ex poſito aut conceſſo cum oppoſito bene 7
negati: infra tempus obligationis eſt concedendum.
Depoſitum: infra tempus obligationis eſt negādum. Depo= 8
ſitum enim eſt ꝓpoſitio que per depoſitionem eſt negata.
Antecedens depoſiti eſt negandum: et eius oppoſitum: infra 9
tempus obligationis eſt concedendum. Antecedens depo
ſiti eſt propoſitio ad quam depoſitum ſequitur.
Poſitum dubitationis: infra tēpus obligationis eſt dubitan= 10
dū. Poſitum dubitationis eſt ꝓpoſitio per poſitionē du=
bitationis dubitata.
Antecedens dubie poſiti eſt aut dubitandum aut negādum. 11
Dubie poſitum/poſitum dubitationis.
Antecedens dubie poſiti non eſt concedēdum: neq; eius op= 12
poſitum negandum eſt.
De poſitione vero diſtinctionis nō eſt alia difficultas in obli=
gatione q̄ extra obligationē. ideo de ea nichil meminerunt
nec de ea formande ſunt regule.
Repugnans poſito ⁊ oppoſito bene negati: infra tēpus obli= 13
gationis eſt negandum.
In arte obligatoria aliqua vniuerſalis eſt cōcedēda et queli= 14
bet eius ſingularis neganda.
Vniuerſalis eſt negāda cuius q̄libet ſingularis eſt cōcedēda. 15

## Ars inſolubilium.

| | |
|---|---|
| Inſolubile | Particulare |
| Simile inſolubili | Uniuerſale |
| Inſolubile | Hypotheticum |
| Categoricum | Copulatiuum |
| Hypotheticum | Diſiunctiuum |
| Categoricum | Conditionale |
| Singulare | Exponibile |
| Indefinitum | |

Inſolubile eſt propoſitio que cū ex caſu ſeipſam falſificet: cum falſa ponitur videtur ſtatim ſe oſtendere veram: et cum vera falſam. Et propoſitio inſolubilis eſt reflexiua. Propoſitio reflexiua eſt cuius veritas aut falſitas de ipſamet intelligitur.

Propoſitio ſimilis inſolubili: reflexiua non eſt, ſed ex caſu cū ponitur vera ſe declarat debere eſſe falſam, et cum falſa debere eſſe veram.

Inſolubile categoricum eſt propoſitio inſolubilis: que propoſitio categorica eſt. Et reliqua intellectu ſunt (vt ſuo conſimili modo diffiniantur) q̈ facillima.

### Regule

1 Inſolubilia et inſolubilium oppoſite per ſuas equiualentes et ſuarum equiualentium oppoſitas: ſunt cognoſcende.

2 Omnis propoſitio ſequitur ad ſeipſam.

3 Ad omnem propoſitionem ſequitur ipſam eſſe veram.

4 Si ad antecedens ſequantur plura conſequentia: ad ipſum ſequitur copulatiua ex illis conſequentibus conſtituta.

6 Omnis propoſitio equiualet copulatiue in qua verum de termino preciſe pro ea ſupponente affirmatur: conſtitute.

Equiualentia ſunt que eiuſdem veritatis ſunt aut falſitatis ⁊ que ſe conuertibiliter conſequuntur.

### Inſolubilia.

1 Sortes dicit falſum. Caſus. Sortes illam ſolam dicat propoſitionem.

2 Sortes dicit falſum. Plato dicit falſum. Caſus. Sortes et Plato ſimul hec alter de altero dicant.

3 Sortes dicit falſum. Plato dicit verum. Caſus. Sortes et Plato de alterutro hec dicant.

Hec propoſitio eſt vera. Caſus. demonſtretur contradictoria 4
illius propoſitionis.
Propoſitio ſcripta in pariete eſt falſa. Caſus. nichil aliud in 5
pariete ſit ſcriptum.
Aliqua propoſitio eſt falſa. Caſus. Sit illa ſola propoſitio. 6
Omnis propoſitio eſt falſa. Caſus. Sit illa ſola propoſitio. 7
Nulla propoſitio eſt vera. Caſus. Sint he due ſole propoſiti= 8
ones homo eſt aſinus/nulla propoſitio eſt vera.
Plato eſt aſinus vel diſiũctiua ſortis eſt falſa. Caſus. Sortes 9
illam ſolam propoſitionem proponat Platoni.
Plato eſt animal et copulatiua ſortis eſt falſa. Caſus. ſimilis 10
priori.
Si hec conditionalis eſt vera: Plato eſt aſinus. Caſus. Hec 11
demonſtret illam conditionalem.
Solus Plato dicit verum. Caſus. Plato dicat homo eſt aĩal 12
et Sortes inſolubile et nullus alius aliquid dicat.

Similia inſolubilibus.

Tu proiicies me de ponte. Caſus. Plato cum forti cuſtodia cu 1
ſtodit pontem et iurauit ſe quemlibet dicentem verum per
mittere tranſire et dicentem falſum: non. Sortes dicit pre
dictam propoſitionem.
Tu non dabis michi denarium. Caſus. Promiſit plato ac iu= 2
rauit cuilibet ſibi dicenti verum dare denarium. Sortes
dicit illam propoſitionem.
Ego ſum eger. Caſus. Quilibet dicens verum ſit ſanus et 3
dicens falſum eger. Sortes dicit propoſitionem.
Tu ſatis ieiunaſti. Caſus. Penitet ſortem ſophiſmatum ſuo= 4
rum. confitetur. Sacerdos penitentiam iniungit ſorti: ie=
iunare quouſqꝫ inuenerit dicentem falſum. Plato ei obui=
ans dicit propoſitionem.
Eſt Protagore et Euatli eius diſcipuli. Tu perſolues debi= 5
tum. Caſus. Protagoras docet diſcipulum hac conditione
vt dimidium debiti perſoluat: et reſiduum poſteaq̃ in iudi=
cio primam obtinuerit cauſam.
Tu reſpondebis negatiue. Caſus. Obligat ſortes Platonẽ 6
ad primam propoſitionem: reſpondere et bene reſpõdere
ſic vel non. Sortes proponit propoſitionem.
Tu es a. Caſus. a in qualibet propoſitione vera ſignificet 7
aſinum: et in falſa hominem.

XII

## Paralogiſmi ad inſolubilia.

1 Si inſolubile falſum eſt: vt cūq3 ſignificat ita eſt.
2 Subiectum et predicatum pro eodem accipiuntur.
3 Iſte dicit falſum et iſte eſt ſortes.
4 Ea ꝓpoſitio ꝓla ta a ſorte et ab alio quocūq3 ſunt ſynonyme.
5 Contradictoria inſolubilis eſt falſa.

CIrca ea que a diſciplinis reiecta ſunt: non eſt meū con
ſiliū vt diutius īmorandū ſit. Satis enim eſt ea vel in
trāſcurſu (velut qui exploratores hoſtile agmen tran=
ſcurrunt) attigiſſe. Nam ea occupatio a veriorum percep=
tione retraheret animū: qui cum ſit ad bona et pulchra ⁊ di=
gna natus: ſolum ea vera que bona ſunt/pulchra/et ſeria iu
giter meditari debet: et vulgaria/impropria/ſterilia/captiū
culas/ſophiſmata et cetera id genus que ex ſyncategorema
tum phantaſia ſurgunt et que in ſeipſis marcent (veluti ſte=
rile nubis veſtigium) ſinere valere. Alioquin nouerint am=
moniti ſe naufragium facturos et in erroribus carybdis et
ſcylle cōtinue iactitandos: cum illis ſecurus diſciplinarum
promittitur portus.

### Guillermus Gonterius lectoribus

PResentium introductionū quas emittere curabat
Iudocus Clichthoueus viro aliis in rebus occupa
to recognitionē ſuſcepi vna mecū operā ſuā p̄ſtante
Dauide Laurio que non ab re artes nuncupantur nam et
artificioſam habent intelligentiam et artificioſum quēdam
requirunt declarationis laborem: et tanta breuitate/diluci=
ditateq3 docēt vt nullus etiam id facile crediderit qui ſub al=
tero nō fecerit periculum. Neq3 ipſe quoq3 ad huius rei cre=
dulitatem facile adductus eſſem: niſi doctoris experientia
me feciſſet certiorē. Quapropter publica vtilitate cogitata
ego labores meos cōmuni ſtudentinm vtilitati libenter ſum
impartitus: et cū oīm/tū maxime Parhiſeorū quoꝝ ſtudia
iam pluribus annis et amo et obſeruo et veneror. Sed ne=
mo deſpiciat qđ ſtatim ſe nō prebet intelligēdū neq3 violēta
expoſitione extorqueat qđ minus fuerit intellectū: verum
nichil eſſe putet quod non ad vtraſq3 ph̄ie partes afferat

preſidium:legitime dico atq; ſubductitie. Nemo item breuitatē
damnet. Nam quicquid ars precipit breue eſſe debet. et fonticu
lus plerūq; ſitim ſedat ſuauiter: id autem amplum mare pſtare
non poteſt. et in triuialibus ſeneſcere ( vbi facilis ad exitum pa:
teat via ) dementie eſt. Adde ꝙ intellectus breuitate gaudet: vt
pote qui pau citate iuuetur / confundatur autem multitudine .
Hec autem Phaſelus celerē vobis exitum promittit. ⁊ ꝙ̄ gratū
eſt iter agentibus breuiſſimo calle ad vie terminū quē exoptant
perduci: ita quoq; ⁊ vobis iter Philoſophie ingreſſis ſūmopere
gratū eſſe debet hac methodo etiam ꝙ̄ breuiſſima ad diſciplinaꝝ
portus ocyſſime appellere quaſi aura flante ſecūda ⁊ quaſi tran
ſtris / remigibuſq; iuti. Ualete.

Littere librorum.

S. P. D. PD. E. Sy. PR. Po. L. F. O. J.
S Suppoſitionum. P Predicabilium. D Diuiſionum.
PD Predicamentoꝝ. E Enūciationū. Sy Syllogiſmoꝝ.
PR Secūdi prioꝝ. Po Poſterioꝝ. L Locorum dialecticoꝝ.
F Fallaciarum. O Obligationum. J Inſolubilium.

Abſolutum eſt hoc opus
Anno ab Incarna:
tione domi:
ni
Sal:
uatoris. 1497
Die vero duodecima
Octobris.

A diſunctiua ad copulatiuam negatiuam de partibus cōtra- 26
dicentibus eſt formalis conſequentia.

Diſiunctiua negatiua equipolet copulatiue de partibus con- 27
tradicentibus.

Ad omnem diſiunctiuam cuius altera partium eſt poſſibilis 28
et altera impoſſibilis: partem poſſibilem ſequi neceſſe eſt.

A tota diſiūctiua cum poſitione vnius partis ad poſitionem 29
alterius non eſt neceſſaria conſequentia.

A tota diſiunctiua cum deſtructione vnius partis: ad deſtru- 30
ctionem alterius itidem firma conſequentia non eſt.

## De modalibus.

Modi ſunt hi poſſibile/cōtingēs/ impoſſibile et neceſſe et equiualētes. Poſſibile/contingens/impoſſibile/et neceſſe: interdum ſunt categoremata: et propoſitionum paſſiones. et tunc poſſibile/propoſitio poſſibilis: contingens/propoſitio contingens: impoſſibile propoſitio impoſſibilis: et neceſſe propoſitio neceſſaria: et iidem faciunt modales compoſitas.

Modalis compoſita eſt propoſitio categorica cuius vnum extremorum eſt modus et alterum eſt dictū: non aliunde modificata.

Dictum eſt oratio ex obliquo et infinitiuo conſtituta aut equiualens.

Poſſibile et contingens hoc in loco idem.

## Regule.

Si aliqua propoſitio eſt poſſibilis: eadem eſt cōtingens/eadē 1
non eſt impoſſibilis/et eius oppoſita contradictoria non eſt neceſſaria.

Si aliqua propoſitio non eſt poſſibilis: eadem non eſt contin- 2
gens/eadem eſt impoſſibilis/et eius oppoſita contradictoria eſt neceſſaria.

A et e ſignificant attributionem: i et u remotionem: a et i dictum affirmatum: e et u dictum negatum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Poſſibile | a | e | i | u | |
| Contingens | a | e | i | u | |
| Impoſſibile | i | u | a | e | |
| Neceſſe | u | i | e | a | |

FABRI

Introducts

Artificial.

et Alia